Ad hec. ad hoc q̃ perfecte diuine bonitatis repñtatio per creaturas fieret: oportuit ut ſupra oſtẽſum est non ſolum q̃ res bone fierent: ſed ẽt q̃ ad aliorũ bonitatem agerent: aſſilatur ãt perfecte aliquid alteri i agendo: qñ non ſolum ẽ eadẽ ſpes actionis: ſed ẽt idem modus agendi: opõtuit igitur ad ſũmã rerum perfectionẽ q̃ essent alique creature q̃ agerent hoc mõ quo deus agit: oñsum est ãt ſupra q̃ deus agit ꝑ intellectũ ⁊ uolũtatẽ: oportuit igitur aliquas creaturas eẽ itelligentes ⁊ uolentes. ¶ Amꝑ. ſilitudo effectus ad cãm agentez attenditur ſcõm formam effectus: qui preexiſtit i agente: agens. n. agit ſibi ſile in forma ſcõm quaz agit: forma ãt agentis recipitur quidẽ i effectu qñq̃z ſcõm eundẽ modũ essẽdi quo est in agẽte: ſicut forma ignis generati eundẽ essẽdi hz modũ cum forma ignis generãtis: qñqz uero ſecũdum aliuz modũ essendi: ſicut forma domus que est itelligibiliter in mẽte artificis recipitur mãliter i domo q̃ est extra aiam: pz igitur pfectiorẽ esse primã ſilitudinem q̃ ſecũdam: pfectio ãt uniuersitatis creaturarũ conſiſtit in ſilitudine ad deũ: ſicut ẽt pfectio cuiuslibet effectus in ſilitudine ad cãm agẽtẽ: requiritur igitur sũma uniuersi perfectio: non ſolum ſecũdam aſſilationẽ creature ad deum: ſz ẽt primã q̃tum possibile ẽ: forma ãt per quam deꝰ agit creaturã est forma itelligibilis i ipſo: est. n. agens per intellectum: ut ſupra oñsuz est: oz igitur ad sũmam perfectionẽ uniuersi esse aliquas creaturas i quibus ſcõz esse intelligibile forma diuini intellectus exprimatur: ⁊ hoc est esse creaturas ſecundum ſuã nãm intellectuales. Itẽ ad ꝓductionem creaturarũ nihil aliud mouet deum niſi ſua bonitas quã rebus alijs cõicare uoluit ſcõm mõz aſſilationis ad ipſũ: ut ex dictis pz: ſilitudo ãt unius inuenitur i altero dupliciter. Uno mõ q̃tuz ad eẽnãe: ſicut ſilitudo caloris ignei est in re calefacta per ignem. Alio modo ſcõm cognitionẽ: ſicut ſilitudo ignis est i uiſu uel tactu. Ad hoc igitur q̃ ſilitudo dei perfecte esset in rebus modis possibilibꝰ oportuit q̃ diuina bonitas rebus per ſilitudinem cõicaretur nõ ſolũ in essendo ſed ẽt cognoſcendo cognoſcere ãt diuinam bonitatẽ ſoluſ itellectꝰ potest: oportuit igitur esse creaturas itellectuales.

Ad hec. i oibus decenter ordinatis hitudo secundorũ ad ultima imitatur hitudinem primi ad oia secũda ⁊ ultima: lz qñq̃ deficiẽter: oñsum ẽ ãt q̃ deus i ſe oẽs creaturas cõprehẽdit: ⁊ hoc repñtat i corporalibꝰ creaturis: lz per aliũ modũ: ſp. n. iuenitur ſuperius corpus cõprehendẽs ⁊ cõtinens inferius: tñ ſcõm extẽſionem quãtitatis: cũ deꝰ oẽs creaturas ſimplici modo ⁊ nõ quãtitatis extẽſionẽ ꝓtineat. Ut igr nec in hoc mõ cõtinendi dei imitatio creaturis deeſſet:: facte sũt create itellectuales que creaturas corporales ꝓtinerẽt non extenſione quãtitatis ſed ſimplicit̃ per modum intelligibilẽ nam qõ intelligit̃ est in intelligẽte: ⁊ eius intellectuali operatione ꝓprehenditur.

Q̃ ſubſtãtie itellectuales ſi volẽtes. XLVII.

NAls ãt ſubſtãtias intellectuales neceſſe est esse volentes. Inest. n. oibꝰ appetitus boni. cũ bonũ ſit qõ omnia appetũt ut phi tradũt: huiuſmõi ãt appetitꝰ i his quidẽ qui cognitione carẽt dr̃ nãles appetitꝰ: ſicut dicit̃ q̃ lapis appetit esse de ſurſũ: in his aũt q̃ cognitionẽ ſenſitiuã hñt dicit̃ appetituſ animalis q̃ diuiditur in ꝓcupiſibilẽ ⁊ irascibilem in his vero que intelligũt dicit̃ appetitus intellectualis ſeu rõnalis qui est voluntas: ſubſtantie igit̃ intellectuales create hñt volũtatẽ. Ad hec: id qõ est per aliud: reducitur ad id quod est ꝑ ſe tanq̃

in ꝑticulari: vñ et fm phz i. viij. phicoꝝ mota ab alio reducunt i prima mouetia i se ipsa: in sillogismis et conclasiones que sut note ex alijs reducutur in prima principia q sunt nota per se ipsa: inuenutur ait i substatijs creatis quedā q non agut se ipsa ad operandū: sed agutur ui nature sicut inaiata plā te et aialia bruta: non.n. est in eis agere et non agere: oz ergo q fiat reductio ad alia prima que se ipsa agant ad operandum: prima ait i rebus creatis sut substatie itellectuales: ut supra ostensū ē: he igitur substatie se agunt ad operandū: hoc ait ē ꝑpter uolutatis: per quā substantia aliqua est dna sui actus: utpote in ipsa extis agere et non agere: substatie igitur itellectuales create hnt uolutatē. Amp. principium cuiuslibet opationis est forma p quā aliquid est actu: cū omne agēs agat i qtum ē actu: oz igitur q scom modum forme sit modus opationis ꝑntis formā: forma igitur q non ē ab ipso agente p formam cat operationē cuius agēs non ē dns: si qua uero fuerit forma que sit ab eo: qui p ipsā operatur: et ꝑntis opationis dniuz hē bit: forme ait nales ex quib⁹ sequutur mot⁹ et opationes nales non sut ab his quoꝝ sunt forme sed ab exterioribus agētibus totaliter: cū per formaz nalem unūquodq; hēat esse in sua nā: nihil ait potest sibi esse cā essendi: et iō que mouetur naliter non mouent se ipsa: non.n. graue mouet se ipsuz deorsum: sed generans quod dedit ei formam. In aialibus et brutis forme sēsate uel imaginate mouetes nō sut adinuente ab ipsis aialibus brutis: sz sunt recepte in eis ab exterioribus sēsibilibus que in sensū agunt et diiudicate p nalez estimationē. vñ licet quodā mō dicatur mouere se ipsa i qtū eoꝝ una pars est mouens et alia est mota: tm ipz mouere non est eis ex se ipsis: sed partim ex exteri oribus sēsatis et partim a nā: in quātum.n. appetitus mouet mēbra: dicuntur se ipsa mouere: qō hnt supra inaiata et plantas in qtū vo ipsū appetere sequtur de necitate in eis ex formis acceptis p sensū et iudicium nalis estimationis non sibi sunt cā q moueatur: vñ non hnt oīum sut actus: forma ait intellecta p quam substātia intellectualis operatur est ab ipso intellectu: vtpote per ipsum cōcepta et quodāmodo excogitata: vt pz ō forma artis: quam artifex concipit et excogitat: et per eā operatur: substantie igitur intellectuales se ipsas agunt ad operandū ut hntes sue opationis dnīū: hnt igitur uoluntatem. Item actiuum oz esse ꝓportionatum passiuo et motiuū mobili: sed in hntibus cognitionem uis apprehensiua se hz ad appetitiuā: sicut motiuum ad mobile: nam comprehensū per sensum uel imaginationē uel itellectum mouet appetitum itellectualem uel aialem: apprehensio ait intellectiua non determinatur ad quedam sed est oīum: vñ et de intellectu possibili phs dicit in. iij. de aia q ē quo e oia fieri: appetit⁹ igz intellectualis substantie est ad oia se hns: hoc ait est ꝓpium uoluntatis ut ad oia se hēat: vñ et i iij. ethicoꝝ phs dicit q est possibilium et impossibiliū: substātie igitur intellectuales hnt uolutatē.

Q. substantie intellectuales sunt liberi arbitrij in agendo. XLVIII.

EX hoc autē appa ret q predicte substātie sut liberi arbitrij i operādo. Q. n. arbitrio agit manifestum ē ex eo q per cognitionē intellectiuā iudiciū hnt de operādis: libertatez ait nēce est eas hēre: si hnt dnium sui actus: vt ostensum est: sut igitur predicte substātie liberi arbitrij in agendo. Item liberū ē: qō sui cā ē: qō ergo nō ē sibi causa agendi: non ē liberū in agēdo: qcunq; ait non mouetur neq; agunt nisi ab alijs mota: nō sut sibi ipsis cā agendi: sola ergo mouetia se ipsa libertatez in agendo hnt: et hec sola iudicio agunt: nam mouens se ipsū diuiditur in mouēs et motū: mot⁹ ait ē appetitus ab intellectu uel fantasia aut sēsu: motus q̄z est iudicare: horum igit hec sola libere iudicant qcunq; in iudicādo se ipsa mouent: nulla ait potetia iudicans se ipsam ad iudicandū mouet: nisi supra actuz suū reflectatur: oz.n. si se ad iudicandū agit: q suum iudiciū cognoscat: qō quidez solius intellectus est: sut igitur aialia irronalia q dam mō liberi quidē motus siue actionis non ait liberi iudicij: naiata ait que solum ab alijs mouētur: neq; libere actionis sut aut mot⁹: intellectualia uero non solum actionis sz ēt liberi iudicij: qō est liberū arbitrium hēre. Ad hec. forma apprehensa ē pncipium mouēs scom q apprehenditur sub rōne boni uel cōuenietis: actio. n. exterior in mouentibus se ipsa ꝓcedit ex iudicio quo iudicatur aliquid esse bonū uel conueniēs p formā predictam. si igitur iudicās ad iudicandū se ipsum moueat: oz q per aliquā altiorem formā apprehēsā se moueat ad iudicādum. que qdem esse nō pōt: nisi ipsa rō boni uel conuenientis per quam de q libet determinato bono uel cōueniēti iudicatur: illa igitur sola se ad iudicandū mouēt: q cōez boni uel conueniētis rōnem apprehendūt: hec autē sunt sola intellectualia: sola igitur itellectualia se non solum ad agendū sed etiā ad iudicandū mouent: sola igitur ipsa sunt libera in iudicando: qō est liberum arbitrium habere. Amp. a cōceptione uniuersali non sequitur motus et actio nisi mediante particulari apprehēsione: eo q motus et actio erga particularia est: itellectus ait naturaliter est uniuersaliū apprehensiuus: ad hoc igitur q ex apprehensiōe itellectus sequatur motus aut qcūq; actio: oz q vīs itellectus cōceptio applicet

ad particularia:sed vle continet i potētia multa pticularia:pōt igitur applicatio ꝓceptiōis itellectualis fieri ad plura ꝛ diuersa:iudicium igitur intellectus de agibilibꝫ nō est determinatū ad unuz tm̄:hm̄t igitur oia itellectualia liberꝫ arbitriū. ¶ Pre.iudicū libertate carent aliq̄ uel ꝓpter hoc q̄ nullū hm̄t iudiciū:sicut q̄ cognitiōe carent ut lapides ꝛ plante:vel q: hm̄t iudicium a nā determinatū ad unū sicut irrōnalia aialia:nāli.n. estimatione iudicat ouis lupū sibi nociuū:ꝛ ex hoc iudicio fugit ipsū:silr āt in alijs:q̄cunq̄ igitur hm̄t iudicium de agendis nō determinatū ad unū a nā:necē est liberū arbitrium cē: hꝰmōi āt sūt oia intellectualia:itellectus.n.apprehēdit non soluz hoc uel illud bonū:sed ipsū bonum cōe:vñ cuz itellectus ꝓ formā apprehensam moueat uolūtatem:in omnibus āt mouēs et motū oz esse ꝓportionata: uolūtas substātie intellectualis nō erit determiata a nā nisi ad bonuz cōe:quicquid igit offert sibi sub rōne boni poterit uoluntas inclinari i illud nulla determinatione nāli in ꝓtrarium ꝓhibente:oia igitur itellectualia liberā uoluntatē hm̄t ex iudicio itellectus uenientē:qō est liberꝫ arbitrium habē: qō diffinitur liberum de rōne iudicium.

Q substantia intellectualis nō sit corpus. XLIX.

EX premissis autē oñditur q̄ nulla substātia itellectualis ē corpus. Nullū.n.corpus iuenit aliquid ꝓtinere nisi ꝓ cōmensurationē quātitatis vñ ꝛ si se toto totū aliq̄d ꝓtinet:ꝛ partē ꝓte continet:maiorē quidē maiore:minorē āt minore: itellect⁹ āt ñ cōprehendit rem aliquā intellectā ꝓ aliquam quātitatis cōmensurationē:cū se toto itelligat ꝛ cōprehendat totum ꝛ ꝓtem maiora i quātitate ꝛ minora:nulla igitur substātia intelligens ē corpus. ¶ Amꝑ.nullū corꝓ pōt alterius corpis formā substantialē recipere nisi ꝓ corruptionē sue formā amittat:itellectus āt nō corrūpitur:sed magis ꝓficitur:ꝓ hoc q̄ recipit formas oīum ꝛ ꝓficitur.n.itelligendo:itelligit āt scōm q̄ hz i se formas itellectoꝝ:nulla igitur substātia intellectualis ē corpus. ¶ Ad hec.principiū diuersitatis idiuiduoꝝ eiusdē spēi est diuisio māe secundū quātitatē:forma.n.hꝰ ignis a forma illⁱ ignis nō differt:nisi per hoc q̄ est i diuersis ꝓtibus:in quas mā diuiditur nec aliter q̄ diuisione quātitatis sine qua substātia ē idiuisibilis:qō āt recipitur i cōpore:recipitur in eo secundū quātitatis diuisionē ergo forma nō recipitur in corpore nisi ut indiuidiuata:si igitur itellectus esset corpus:forme rerū intelligibiles nō reciperētur i eo nisi ut indiuidiuate:itelligit āt itellectus res ꝓ formas earꝫ q̄s penes se hz:nō ḡ intellectus itelligit vlia:sz solū particularia:qō ꝓz esse falsū:nullus igitur itellectus ē corpus. ¶ Itē nihil agit nisi fm̄ suam spēm eo q̄ forma est ꝓncipiū agēdi in uno quoq̄:si igitur intellectus sit corpus:actio eⁱ⁹ ordinē corporꝫ nō excedet:nō igitur itelliget nisi corpa:hoc āt ꝓz esse falsū:itelligimus.n.multa q̄ nō sunt corpora:itellectus igitur nō ē corpus. ¶ Ad hec. si substātia intelligens est corpus:aut ē finitū aut ifinitū: corꝓ⁹ āt eē infinitū actu est ipossibile:ut in phīsicis probatur:ē igitur finitū corpus:si corpus eē ponitur hoc āt est ipossibile:i nullo.n.corpore finito pōt esse potentia ifinita:vt supra ꝓbatum ē: potētia āt itellectus ē quodāmō ifinita i itelligendo:in ifinitum.n.intelligit spes numeroꝝ augendo:ꝛ silr spes figurarū ꝛ ꝓportionū:cognoscit ēt vle qō est uirtute ifinitum fm̄ suum ambitū:ꝓtinet. n.indiuidua q̄ sunt potētia infinita: nō ē igitur itellectⁿ corpus. ¶ Amꝑ.ipossibile est duo corpora se inuicē ꝓtinere:cū ꝓtinens excedat ꝓtentum:duo āt intellectus se inuicē continent:ꝛ cōprehendūt:dū vnus alium itelligit:itellectus igitur nō ē corpus. ¶ Itē nullius corpis actio reflectitur super agentē.oñsum est.n.in phīsicis:q̄ nullū corpus a se ipso mouetur nisi fm̄ ptem:ita.ſ.q̄ una pars eⁱ⁹ sit mouens:alia mota:itellectus āt supra se ipsū agēdo reflectitur:intelligit.n.se ipsū non solū fz partem sed fm̄ totū:non ē igitur corpus. ¶ Ad hec actus corpis ad actionē nō terminatur:nec motⁿ ad motū:vt in phīsicis ꝓbatū est:actio āt substātie itelligētis ad actionē terminat:intellectus.n.sicut intelligit rem:ita intelligit se intelligere:ꝛ sic i infinitum:substātia igitur itellectⁿ non est corpⁿ. Hinc ē q̄ sacra scriptura substātias itellectuales spās nominat:ꝓ quē modum ꝓsueuit deum incorporeum noiare:scōm illud Jo.iiij. Deus spūs est. Dī āt Sap̄. vij. Est āt in illa.ſ.diuina sapia spūs intelligentie:qui capiat oēs spūs intelligibiles. ¶ Per hoc āt excluditur error antiquoꝝ nāliū: q̄ nullam substātiam nisi corporeaz esse ponebant. vñ ꝛ aiam credebant esse corpus uel ignem uel aerez uel aquā uel aliquid hꝰmōi:quā quidē opionem in fidem xp̄ianam quidā inducere conati sūt dicētes aiam esse corpus effigiatum:sicut corpus exterius figuratum.

Q substātie itellectuales sunt imateriales. L.

EX hoc autē appareret q̄ substātie intellectuales sūt immateriales. Unūq̄q̄.n.ex mā ꝛ forma cōpositū est corpus:diuersas.n.formas mā ñ nisi secūdū diuersas partes recipere pōt:q̄ quidē diuersitas ptium in mā eē nō pōt: nisi scōm q̄ p diuisiōes i mā exīstes vna cōis mā i plures diuidit subtracta.n.quātitate substātia idiuisibil ē:oñsū

ē ãt q̃ nulla ſubſtãtia itelligẽs ē corpus: reliq̃tuꝫ igit q̃ nõ ſit ex mã ⁊ forma cõpoſita. ¶ Amp̃. ſi cut hõ nõ ē ſine hoc hoie: ita mã non eſt ſine hac maꝛia: q̃cq̃d igit in rebus ē ſubſiſtẽs ex mã ⁊ forma cõpoſitũ: eſt cõpoſitũ ex mã ⁊ forma idiuidu ali: intellect⁹ ãt non põt eẽ cõpoſitus ex mã ⁊ forma indiuiduali: ſpes. n. reꝛ intellectaꝛ fiũt intelligibiles actu p hoc q̃ a mã idiuiduali abſtrahũt ſm ãt q̃ ſunt intelligibiles actu fiunt unũ cuꝫ intellectu: vñ non ē igitur ſubſtãtia itelligens ex mã ⁊ forma cõpoſita. ¶ Ad hec. actõ cuiuſlibet ex mã ⁊ forma cõpoſiti non ē tm̃ forme nec tm̃ mãe ſꝫ cõpoſiti: et⁹ n. ē agere cui⁹ eſt eſſe: eẽ ãt ē cõpoſiti p formã: vñ ⁊ cõpoſitũ p mãm et formã agit: ſi igitur ſubſtantia itelligens ſit eõpoſita ex mã ⁊ forma: itelligere erit ipſi⁹ cõpoſiti: act⁹ ãt terminat ad aliq̃d ſimile agenti: vñ ⁊ compoſitũ generans non generat formã ſꝫ compoſitũ: ſi igit intelligere ſit actio cõpoſiti: nõ intelliget nec mã nec forma ſꝫ tm̃ cõpoſituꝫ: hoc ãt pꝫ eſſe falſũ: nõ ē igit ſubſtantia intelligẽs cõpoſito ex mã et forma. ¶ Itẽ forme rerũ ſenſibiliũ pfectius eſſe hñt in intellectu q̃ in reb⁹ ſenſibilibus: ſũt. n. ſimpliciores ⁊ ad plura ſe extendẽtes: p unã. n. formã hois intelligibilẽ: oẽs hoies intellect⁹ cognoſcit: forma ãt pfecte in mã exñs facit eſſe actu tale. ſ. uel ignẽ uel colozatuꝫ: ſi ãt non faciat aliq̃d eſſe tale eſt ipfecte in illo: ſicut forma calozis in aere ut ideferente: ⁊ ſicut uirt⁹ primi agentis i inſtõ: ſi igit intellectus ſit ex mã et forma cõpoſitus: forme reꝝ intellectaꝝ facient intellectuꝫ eſſe actu talis nature q̃lis ē q̃ intelligit: ⁊ ſic ſeq̃t̃ erroꝛ Empedoclis qui dicebat q̃ ignẽ igne cognoſcit aĩa: ⁊ terrã tra ⁊ ſic de alijs: q̃ pꝫ eſſe inconueniens: non ē igitur ſubſtãtia intelligẽs cõpoſita ex mã ⁊ forma. ¶ Pre. õe quod ē i aliq̃ eſt i eo p mõꝫ recipiẽt: ſi igit intellect⁹ ſit cõpoſitus ex mã ⁊ forma: forme rerũ erunt in intellectu mãlit ſicut ſũt extra aĩam: ſicut igitur extra aiaꝫ nõ ſũt intelligibiles actu: ita nec exiſtẽtes in intellectu. ¶ Itẽ forme ꝓtrioꝝ ſm eſſe q̃ hñt in maꝛia ſũt ꝓrie: vñ ⁊ ſe inuicẽ expellunt: ſm ãt q̃ ſunt in intellectu nõ ſũt ꝓrie: ſed unũ ꝓrioꝝ eſt rõ intelligibilis alteri⁹ q̃ unũ p aliud cognoſcit: non igit hñt eſſe maꝛiale in intellectu: g̃ intellect⁹ non ē cõpoſitus ex mã ⁊ forma. ¶ Ad hec. maꝛia non recipit aliquam formã de nouo niſi p motũ uel mutationẽ: itellectus ãt nõ mouet̃ p hoc q̃ recipit formas: ſꝫ magis quieſcẽs pficit ⁊ intelligit: ipeditur ãt in intelligendo p motũ: non igit recipiunt forme in intellectu ſicut in maꝛia uel in re maꝛiali: vñ pꝫ q̃ ſubſtãtie intellelligentes imaꝛiales ſunt ſicut ⁊ incoꝛporee. Vnde ē q̃ Dio. dicit. üij. c. de diui. no. Propter diuine bonitatis radios ſubſtiterunt intellectuales oẽs ſubſtãtie: q̃ ſic icoꝛpales ⁊ imãles oẽs itelligũt

Q ſubſtantie itellectuales non ſunt forme materiales ſed ſubſiſtẽtes. LI.

PEr eadẽ oſtẽditur q̃ nature itellectuales ſunt forme ſubſiſtẽtes nõ ãt exñtes in maꝛia q̃i eẽ earũ a maꝛia dependeat. Forme. n. ſcõm ſe a materia dependentes nõ ipſe ꝓprie hñt eſſe ſꝫ cõpoſita p ipſas: ſi igit naſce itellectuales eſſent h⁹moi forme: ſequeꝛetur q̃ hẽrent eſſe maꝛiale: ſicut ⁊ ſi eſſẽt ex materia ⁊ forma cõpoſite. ¶ Ad hec. forme q̃ p ſe ñ ſubſiſtunt: non põt p ſe agere: agũt ãt compoſita p eas: ſi igitur nature intellectuales h⁹moi forme eſſent: ſequ⁹ et q̃ non intelligerẽt ſꝫ cõpoſita ex eis ⁊ maꝛia: ⁊ ſic intellectus eſſet compoſitũ ex materia ⁊ forma: qõ eſt ipoſſibile: ut oñſũ eſt. ¶ Amp̃. ſi intellectus eſſet forma in maꝛia ⁊ non p ſe ſubſiſtẽs: ſequeꝛetur q̃ id qõ recipitur i intellectu: recipeꝛetur in materia: h⁹moi. n. forme q̃ hñt eſſe in materia: obligatũ non recipiunt aliq̃d qõ in materia nõ recipiatur: cũ igitur receptio formaꝝ in intellectu non ſit receptio formaꝝ in maꝛia: ipoſſibile ē q̃ intellectus ſit forma maꝛialis. ¶ Pre. dicere q̃ intellectus ſit forma nõ ſubſiſtens ſed materie immerſa idẽ eſt ſcõm rẽ: ac ſi dicaꝛ q̃ intellect⁹ ſit cõpoſitus ex materia ⁊ forma: differt ãt ſoluꝫ ſcõm nomen: nã primo mõ diceꝛet intellectus forma ipſa cõpoſiti. Secũdo vo mõ diceꝛetur intellectus ipſũ cõpoſitum: ſi igitur falſũ eſt intellectũ eſſe cõpoſitum ex maꝛia et forma: falſũ erit q̃ ſit forma nõ ſubſiſtens ſed materialis.

Q in ſubſtantiꝭ itellectualibus creatis differt eſſe ⁊ quod eſt. LII.

NOn ẽ autẽ opinãdum q̃ quis ſubſtãtie intellectuales non ſint coꝛporee nec ex maꝛia ⁊ forma compoſite nec i maꝛia exñtes ſicut forme materiales: q̃ ꝓpter hoc diuine ſimplicitati adequẽt̃ inuenitur. n. in eis aliqua cõpoſitio ex eo q̃ nõ ē idem in eis eſſe ⁊ qõ eſt: ſi. n. eſſe eſt ſubſiſtens: nihil preter ipſũ eſſe ei adiungitur: q⁹ ẽt in his quorum eſſe non eſt ſubſiſtẽs: qõ ineſt exñti preter eẽ eius: eſt quidem exñti unitum: non ãt eſt unuꝫ cũ eſſe eius niſi per accñs in q̃tum eſt unuꝫ ſubiectũ hñs eſſe: ⁊ id qõ eſt preter eẽ: ſicut pꝫ q̃ ſorti ꝓter ſuuꝫ eſſe ſubſtãtiale ineſt albũ: quod quidẽ diuerſum eſt ab eius eſſe ſubſtantiali: non. n. eſt idẽ eſſe ſortẽ ⁊ eſſe album niſi per accidẽs: ſi igitur nõ ſit eſſe in aliqua ſubſtãtia nõ remanebit aliquis modus in quo poſſit ei uniri illud qõ eſt preter eſſe: eſſe ãt in q̃tum eſt eſſe nõ põt eſſe diuerſũ: põt ãt diuerſificari per aliquid quod ē p⁹ eter eſſe: ſic eẽ lapidis eſt aliud ab eſſe hois: illud igitur quod eſt ſubſiſtens non põt eſſe niſi unum tm̃: oñſum ē ãt

q̄ de° est suū esse subsistēs: nihil igitur aliud p̄ter ipsum pōt esse suū eē: oz igitur in ōi substātia q̄ ē preter ipsum aliu ꝺ esse ipsam substantiā: ꝛ aliud eius esse. ¶ Amp̄. natura cōis si separata intelligatur: non pōt esse nisi una: q̄uis hñtes naturam illā plures possint inueniri: si. n. natura aialis per se separata subsisteret: non hēret ea que sūt bouis: vel que sunt bouis: iā. n. non esset aial tm̄: seꝺ hō uel bos. remotis āt differentijs cōstitutiuis sp̄ē remanet natura generis indiuisa: q̄ eedē differentie que sunt cōstitutiue sp̄eī: sunt diuisiue generis: sic igitur si hoc ipsum q̄ō est esse sit cōe sic̄ genus esse separatum per se subsistēs nō pōt esse nisi vnum: si uero non diuidatur in differētijs sicut genus: sed per hoc q̄ō est h° uel illius esse: iam hz magis esse uerum: q̄ō non pōt esse per se exñs nisi vnum: relinquitur igitur q̄ cuz deus sit esse subsistens: nihil aliud p̄ter ipsuz est suū eē. ¶ Ad hec ipossibile est q̄ sit duplex esse oio ifinitu: eē. n. q̄ō oio est infinitum omnez perfectionem essendi cō p̄hendit: ꝛ sic si duobus talis adesset infinitas: non inueniretur quo unuz ab altero differret: eē āt subsistens oz esse infinitum: q̄ non terminatur aliquo recipiēte: impossibile est igitur eē aliquod esse subsistens p̄ter ꝛ primum. ¶ Itez si sit aliq̄ō esse per se subsistens: nihil competit ei nisi quod ē entis in quātum est ens: quod enim dicitur de aliquo non in quantum huiusmodi non cōuenit ei nisi per accidens ratione subiecti: unde si separatim a subiecto ponatur: nullo modo ei competit: esse autem ab alio causatum non cōpetit enti i q̄ tum est ens: alias omne ens esset ab alio causatū: ꝛ sic oporteret p̄cedere in infinitum in causis: quod est ipossibile: ut supra ostensuz est: illud igitur esse quod est ens subsistens oz q̄ sit non causatum: nullum igitur ens causatum est suum esse. ¶ Amp̄. substantia uniuscuiusq̄ est ens per se ꝛ non per aliud: vnde esse lucidum actu non est de substantia aeris: quia est ei per aliud: sed cuilibet rei create suum esse est ei per aliud: alias non esset creatum: nullius igitur substantie create suū esse est sua substantia. ¶ Item cum omne agens agat in quantum est actu p̄mo agenti: quod est perfectissimum competit esse i actu perfectissimo modo: tanto autem aliquid est perfectius in actu quanto talis actus est in uia generationis posterior: actus enim est tempore potentia posterior in uno ꝛ eodem quod de potentia ad actum procedit: perfectius est quoq̄ in actu quod est ipse act° q̄ quod est habēs actum: hoc enim p̄opter illud actus est: his ergo sic positis constat ex supra ostēsis q̄ deus solus est primum agens: s. bi ergo soli competit esse i actu perfectissimo modo: vt scilicz sit ipse actus perfectissimus: hoc autez est esse ad quod generatio et omnis motus terminatur: omnis enim forma ꝛ actus est in potentia: antequaz esse acquirat: soli igitur deo competit q̄ sit ipsuz esse: sicut soli competit: q̄ sit primum agens. ¶ Amp̄. ipsum esse competit p̄mo agenti secūduz propriam naturam: esse enim dei est eius substantia: ut supra oñsum est: q̄ autem competit alicui fm̄ ꝓpriam naturaz suam non conuenit alīs nisi per modum participationis: sicut calor alīs coꝛporibus ab igne: ipsum igituz esse competit omnibus alīs a p̄mo agente per participationē quā dam: quod autem competit alicui per participationem non est substantia eius: impossibile est igitur q̄ substantia alterius entis p̄ter agens p̄mū sit ipsum esse. Hinc est q̄ exo. iḡ proprium nomē dei ponitur esse qui est: quia eius solius proꝓium est q̄ sua substantia non sit aliud q̄ suum eē.

Q̄ in substantijs intellectualibus creatis est actus et potentia. LIII.

Ex hoc aūt euidenter apparet q̄ in substātijs intellectualibus creatis est compositio actus et potentie. In quocūq̄. n. inuenīuntur aliqua duo quoꝝ unum est complementuz alterius: ꝓportio unius ad alterum est sicut proportio potentie ad actum: nihil. n. completur nisi per proprīū actum in substātia āt intellectuali creata inueniunt duo. s. substantia ipsa ꝛ esse eius quod non est ipsa substantia: ut oñsum est: ipsū āt esse est cōplementuz substātie exñtis: unūq̄q̄. n. actu ē per hoc q̄ esse hz: relinquitur igitur q̄ in qualibet predictarum substātiaꝝ sit cōpositio actus ꝛ potētie. ¶ Amp̄. q̄ō in est alicui ab agēte oz eē actū. eius agētis. n. est facere aliquid actu: oñsum est āt supra q̄ oēs alie substātie hñt esse a p̄mo agente: ꝛ p hoc ipe substātie create sūt q̄ esse ab alio hñt: ipsum igitur esse ineſt substantijs creatis: ut quidam actus earum: id autem cui actus ineſt potentia est: nam actus in quantum huiusmodi ad potentiaz refertur: in qualibet igitur substantia creata ē potentia et actus. ¶ Item omne participans aliq̄d comparatur ad ipsum quod participatur: ut potentia ad actum: per id. n. quod participatur: fit participās actuale: ostensum est āt supra q̄ solus deus est essentialiter ens: omnia autem alia participant ipsum esse: comparatur igitur substantia oīs creata ad suum esse sicut potētia ad actū. ¶ Pre. assilatio alicuius ad causam agentem fit p actū: agens. n. agit sibi simile in quātum est actu: assilatio autem cuiuslibet substantie create ad deum est per ipsum esse: ut supra oñsum est: ipsum igitur eē cōparatur ad oēs substātias creatas: sic̄ actus eaꝝ: ex quo relinq̄tur q̄ i qualibet substantia creata sit cōpositio actus ꝛ potētie.

¶ Q3 nō est idem compositio ex substantia ⁊ esse:⁊ ex materia ⁊ forma. LIIII.

NOn est autez eius dez rōnis cōpositio ex materia ⁊ forma ⁊ ex substātia ⁊ esse:q̄uis utraq3 sit ex potentia ⁊ actu:primo quidem q3 mā nō ē ipsa substātia rei:naz sequeretur oēs formas esse accītia:sicut antiqui nāles opinabantur.sed mā est ps substātie. Secūdo āt q3 ipsum esse nō est ꝑ prius actus māe sed substātie totius:eius.n.actus ē eē:de quo possumus dicere q̄ sit: esse āt non dī de mā sed de toto. vñ mā non pōt dici q̄ est: ſz ipsa substantia est id qō est. Tertio q3 nec forma est ipsum esse:sed se hñt ꝑz ordinē:cōparat.n. forma ad ipsū esse:sicut lux ad lucē uel albedo ad albuz eē:deinde q3 ad ipsā ēt formā cōparatur ipsuz eē ut actus:ꝑ hoc.n.in cōpositis ex mā ⁊ forma: forma dī esse principium essēdi:q3 est cōplementum substātie cuius actꝰ ē ipsū esse:sicut diaphonū est aeri principiū lucendi:q3 facit eū ꝓprium subiectuz lumis:vñ in cōpositis ex mā et forma nec mā nec forma pōt dici ipsum qō est nec ēt ipsum esse: forma tñ pōt dici q̄ est ꝑm q̄ est essendi principiū ipsa āt tota substātia est ipsū qō est:⁊ ipsū eē est q̄ substātia denominat ens: in substātijs āt intellectualibus q̄ non sūt ex mā et forma composite: ut oñsum est:sed in eis ipsa forma est substātia subsistens:forma ē qō est:ipsū āt esse ē actus ⁊ q̄ est:⁊ ꝓpter hoc in eis est unica tñ cōpositio actꝰ ⁊ potentie:q̄. ſ. est ex substātia et eē:q a quibusdā dī ex qō est ⁊ esse:uel ex qō est:⁊ q̄ est:in substātijs aūt cōpositis ex mā ⁊ forma ē duplex cōpositio actus ⁊ potētie:ꝑma q̄dez ipsius substātie:q̄ cōponitur ex mā ⁊ forma:secūda uero ex ipsa substātia iam cōposita ⁊ eē:q̄ ēt pōt dici ex qō ē ⁊ esse:uel ex qō est ⁊ q̄ ē. Sic igitur ꝑz q̄ cōpositio actus ⁊ potentie ē in plus q̄ cōpō forme ⁊ māe: vñ mā ⁊ forma diuidunt substantiā mālem:potentia autē ⁊ actꝰ diuidunt ens cōe:⁊ ꝓpter hoc q̄cunq3 quidē cōsequūtur potentiam ⁊ actū in q̄tū hꝰmōi sūt cōia substātijs mālibus ⁊ imālibus creatis:sicut recipē ⁊ recipi:pficere ⁊ perfici:q̄cunq3 uero sunt ꝓpria māe ⁊ forme in quātum hꝰmodi sicut generari ⁊ corrūpi ⁊ alia hꝰmōi:hec sūt ꝓpria substantiaꝝ materialiū:⁊ nullo mō conueniūt substātijs ūa terialibus creatis.

¶ Q3 substātie itellectuales sūt icorruptibiles. LV.

EX hoc autē aperte oñditur q̄ ois substantia itellectualis est icorruptibilis. Q ois.n.corruptio est ꝑ sepationē forme a mā:simplex q̄dem corruptio per sepationem forme substātialis:corruptio āt ſm quid ꝑ sepationem forme accidentalis: forma.n.manente oz rem esse:ꝑ formaz.n.substā tia fit ꝓprium susceptiuū eius qō est eē:vbi āt nō est cōpositio forme ⁊ māe:ibi non pōt esse sepatō earūdem:igitur nec corruptio:oñsuz est āt q̄ nulla substantia itellectualis est cōposita ex materia ⁊ forma:nulla igitur substātia itellectualis est cōruptibil. ¶ Amp̄.qō ꝑ se alicui cōpetit de nccīta te ⁊ sp ⁊ iſepabiliter ei ineſt:sicut rotundū per se quidē ineſt circulo:ꝑ accīs āt eri. vñ es quidē fieri non rotundū est possibile:circulū āt nō esse rotundū ē ipossibile:eē āt ꝑ se ꝓsequitur ad formā: ꝑ se.n.dicimus qō ſm ipsū:unūqōq3 āt hz eē ſm q̄ hz formam:substantie igitur ipse q̄ non sūt forme ꝑnt ꝓuari esse ſm q̄ amittūt formam : sic es ꝓbatur rotūditate ſm q̄ desinit esse circulare substantie uero que sūt ipse forme nunq̄ ꝑnt ꝓuari esse:sicut si aliqua substātia esset circulus: nunq̄ posset fieri non rotūda:oñsum est āt supra q̄ substantie itellectuales sunt ipse forme subsistentes:i possibile est igitur q̄ ipse esse desināt:sunt igitur icorruptibiles. ¶ Ad hec.i oī corruptione remoto actu manet potentia:nō.n.corrūpitur aliquid in oio non ens:sicut nec generat aliq̄d ex oio non ente:in substātijs āt intellectualibus ut oñsum est actꝰ ē ipsū eē:ipsa āt substantia est sicut potentia: si igitur substātia itellectualis corrūpatur : remanebit pꝰ suā corruptionē:qō ē oio impossibile:oiſ igitur substātia itellectualis est icorruptibilis. Item in oī qō corrūpitur oz q̄ sit potentia ad nō eē:si q̄d igitur est in quo non est potētia ad nō eē hoc non pōt eē corruptibile:in substātia āt itellectuali non ē potentia ad non eē:manifestū ē.n. ex dictis q̄ substantia completa est ꝓprium susceptiuum ipsius esse: ꝓprium āt susceptiuum alicuius actus ita cōpatur ut potentia ad actum illum:q̄ nullo mō est i potētia ad oppositū:sicut ignis ita cōparatur ad calorē ut potētia ad actuz:q̄ nullo mō ē i potētia ad frigus:vñ nec i ipsis substātijs cōpozalibꝰ ē potētia ad ñ eē in ipa substātia cōpleta nisi rōne māe:i substātijs āt itellectualibꝰ ñ ē mā: ſz ipse ſt substātie cōplete ſimplices:igī i eis ñ ē potētia ad nō eē:ſi igīt icorruptibiles. Ꝑre.i q̄busdā q3 ē cōpō potētie et actus id qō tz locū ꝑme potētie siue primi subiecti ē icorruptibile vñ ēt i substātijs corruptibilibꝰ mā ꝑma est icorruptibilis:ſz in substātijs itellectualibꝰ id qō tenet locū potētie ꝑme ⁊ subiecti ē ipsa eaꝝ substātia ꝯpleta: igīt substātia ipsa ē icorruptibil:nihil āt ē cōruptibile: nisi ꝑ hoc q̄ sua substātia cōrūpit:igī oēs itellectuales nāe ſt icorruptibiles. Amp̄.oe qō corrūpit:uel corrūpit ꝑ se uel ꝑ accīs:substātie āt itellectuales nō ꝑnt ꝑ se corrūpi:ois.n.corruptio ē a ꝯrio:agēs.n. cū agat ꝑz q̄ ē actu ſp agēdo ducē ad aliqō eē actu vñ si ꝑ hꝰmōi eē actu aliquid corrūpatur desinēs

esse actu: oz q hoc ꝓtingat per ꝓtrarietatē eorum ad iuicem. nā ꝓtraria sunt q̄ mutuo se expellunt: ⁊ ꝓpter hoc oz oē qd̄ corrūpitur ꝑ se uel hēre cō trarium: uel esse ex cōtrarijs cōpositum: neutruz āt hoz substātijs itellectualibus conuenit: cuius signū est q i itellectu ea ēt q̄ fm suā nām sunt con traria desinunt eē ꝓtraria: albū. n. ⁊ nigrū in in tellectu nō sī ꝓtraria: non. n. se expellunt: imo ma gis se cōsequūtur: ꝑ intellectū. n. unius eoz intelli gitur aliud: substātie igitur itellectuales non sunt corruptibiles per se. Silr āt neq; per accīs: sic. n. corrūpuntur accīa et forme nō subsistētes: oñsū ē āt supra q̄ substātie itellectuales sūt subsistētes: sūt igitur oio incorruptibiles. Ad hec. corrup tio est mutatio q̄dam: quā oz esse terminū motus vt in phicis est probatū: vñ oz q̄ oē qd̄ corrūpitur moueat: oñsum ē āt in nālibus q̄ oē qd̄ mouet ē est corpus: oz igitur oē qd̄ corrūpitur eē corpus: si ꝑ se corrūpatur: uel aliquā formam seu uirtutem corporis a corpore dependentē si corrūpatur per accīs: substātie āt itellectuales nō sūt corpora ne q; uirtutes seu forme a corpore dependentes: ergo neq; ꝑ se neq; per accīs corrūpunt: sūt igitur oio incorruptibiles. Itē oē quod corrūpit: corrūpit ꝑ hoc q̄ aliquid patit: nā ⁊ ipsū corrūpi ē qdaz pati: nulla āt substantia itellectualis pōt pati ta li passione q̄ ducat ad corruptionem. nā pati reci pere quoddā est qd̄ āt recipitur a substātia itellec tuali oz q̄ recipiat in eo ꝑ modum ipsius. s. itelli gibiliter: qd̄ uero sic in substātia intellectuali reci pitur est pficiens substātiam intellectualē ⁊ non corrūpens eaz: itelligibile. n. ē pfectio itelligentis: substantia igitur intelligēs ē incorruptibilis. Pre. sicut sēsibile ē obiectū sēsus: ita intelligibile ē ob iectū itellectus: sēsus āt ꝓpter corruptione non cor rūpitur nisi ꝑ excellētiam sui obiecti: sicut visus a valde fulgidis ⁊ auditus a sonis fortib⁹ ⁊ sic de alijs: dico āt ꝓpria corruptione: qz sensus corrum pitur ēt ꝑ accīs ꝓpter cōruptionē subiecti: qui tñ modus corruptionis nō pōt accidere itellectui: cū non sit actus corpis ullius q̄i a corpe dependens: ut supra oñsum est: pz āt q̄ nec cōrūpitur ꝑ excel lentiā sui obiecti: qz qui intelligit ualde intelligibi lia non minus intelligit minus itelligibilia sz ma gis: intellectus igitur nullo mō est corruptibilis.

Amp̄. intelligibile est ꝓpria perfectio itellectus: vñ intellectus in actu: ⁊ intelligibile in actu sunt unum: quod igitur conuenit itelligibili in q̄tum est intelligibile oz conuenire itellectui in q̄tuz hu iusmodi: qz perfectio ⁊ perfectibile sunt uniꝰ ge neris: intelligibile āt i q̄tuz est itelligibile est neces sarium ⁊ incorruptibile: necessaria. n. pfecte sunt i tellectu cognoscibilia: contingentia uero i q̄tum h⁹ mōi non nisi deficienter: hētur. n. de eis nō scia sed opio: vñ ⁊ corruptibiliū intellectus sciaz hz fm q̄ sunt incorruptibilia: in q̄tum. s. sunt vlia: oz igitur intellectum esse incorruptibilem. Ad hec. vnūqōq; perficitur secundū moduz sue sub stantie: ex mō igitur perfectionis alicuius rei pōt accipi modus sustātie ipsius: intellectus āt non p ficitur per motū: sz per hoc q̄ ē extra motū exīs perficitur. n. secundū intellectiuā aiam scia ⁊ pru dentia sedatis permutatiōibus ⁊ corpalibus aie passionibus: vt pz per phm in. vij. phicorum: mo dus igitur substantie intelligētis est q̄ esse suū sit supra motū: ⁊ per ꝓñs supra tps: cē āt cuiuslibet rei corruptibilis subiacet motui ⁊ tpi: ipossibile ē igitur sustantiam intelligentem esse corruptibilē. Pre. impossibile est nāle desiderium esse iane: nā. n. nihil facit frustra: sed quodlibet intelligens nāliter desiderat esse perpetuum: nō solum ut p petu tur esse secūdū spem: sed ēt fm indiuiduuz: qd̄ sic pz: nālis. n. appetitus quibusdam quidem inest ex apprehensione: sicut lupus nāliter deside rat occisionem aialium de quibus pascitur: ⁊ hō naturaliter desiderat felicitatem: quibusdam ue ro absq; apprehensione ex sola inclinatione natu ralium principiorum: qui naturalis appetitus in quibusdam dicitur: sicut graue appetit esse deor sum: utroq; autez modo est in rebus naturale de siderium essendi: cuius signum est: quia ⁊ ea que cognitione carent: resistunt corrūpentibus ꝑz uir tutem suoꝝ principioꝝ naturaliū: et ea que co gnitionem hñt resistūt eisdem scōm modum sue cognitionis: illa igitur cognitione carentia quo rum principijs inest uirtus ad conseruandum eē perpetuum: ita q̄ maneant semper eadem fm nu merum naturaliter appetūt esse perpetuum etiā fm idem numero: quorum āt principia non hñt ad hoc uirtutem sed solū ad cōseruanduz eē ppe tuū fm idē spē: ⁊ sic nāliter appetūt ppetuitatez: hāc igr̄ dīiam oz i his iueniri: q̄bus desideriū esse di cū cognitiōe iest: ut. s. illa q̄ non cognoscūt esse nisi ut nūc: desiderāt eē vt nūc: ñ āt sp: qz eē scit nū nō appetūt: desiderāt tñ eē spei perpetuum tñ absq; cognitione: qz uirtus generatiua q̄ ad hoc deseruit ꝓambula est ⁊ nō subiacens cognitiōi: il la igitur q̄ ipsū esse ppetuū cognoscūt ⁊ apphen dūt: desiderāt ipsū nāli desiderio: hoc āt cōuenit oībus substātijs itellectualib⁹: oēs igitur substātie itellectuales nāli desiderio appetūt eē ppetuū: ꝑ i possibile ē q̄ eē deficiāt. Ad hec. q̄cunq; icipiunt eē ⁊ desinunt per candē potentia hñt utrūq;: ea dem. n. est potētia ad esse ⁊ non esse: sed substātie itellectuales non potuerunt incipere esse nisi per potentiam primi agentis: non enim sunt ex mate ria que potuerit prefuisse: ut ostensum est: igitur nec est aliqua potentia ad ñ eē eaz nisi i ꝓmo agē te fm q̄ pōt non influere eis esse: sed ex hac sola potentia nihil potest dici corruptibile: tum quia

res dicūtur nccie ⁊ ptigentes scom potentiā que ē in eis ⁊ non fm potentiam d.i:ut supra oñsuz ē: tuz ēt qz deus qui ē istitutor naturē nō subtrahit rebus:qō est ppium naturis earū:oñsuz est autē q ppium naturis itellectualibus est q sint perpetue:vñ hoc eis a deo nō subtrahetur: sūt igit substantie itellectuales ex omni parte icorruptibiles. Dinc ē q i ps. Laudate dñm de celis:pnumeratis angelis et celestibus corpibus subiūgitur. Statuit ea in eternū ⁊ i seculū seculi:p qō predictorum perpetuitas designatur. Dio.ēt in.iij.ca.de diui. no.q ppter diuine bonitatis radios substiterunt itelligibiles ⁊ itellectuales substātie:⁊ sūt ⁊ uiuūt ⁊ hñt uitā indeficientez et iminorabilē ab uniuersa corruptione ⁊ generatione et morte mūde existentes ⁊ eleuate ab instabili et fluxa uariatione.

¶ Utrum substantia intellectualis possit corpori vniri:et per quem modum. LVI.

QUm autez supra oñsum sit substantiam intellectualē non esse corpus neqz uirturē aliquā a corpore dependentē:restat inuestigandū utrum aliqua substātia itellectualis corpori possit uniri. Est āt primo manifestū q substantia itellectualis nō pōt corpori uniri per modū mixtionis. Que n.miscētur oz ad inuicē alterata esse:qō non contingit nisi in his quorū ē mā eadem:⁊ q̄ pñt eē actiua ⁊ passiua ad inuicē:substātie āt itellectuales non cōicant in mā cum corporalibus: sūt.n. imāles:vt supra oñsum est:non sūt igitur corpori miscibiles. ¶ Ad hec.q̄ miscentur mixtione taz facta non manent actu sed uirtute tm̄:nā si actu manerent non esset mixtio sed cōfusio tm̄:vnde corpus mixtum ex elemētis nullum eorū est:hoc autem impossibile est accidere substantijs intellectualibus:sūt.n.incorporales:vt supra oñsum est:nō igitur pōt substantia itellectualis uniri corpori p modum mixtionis. Silr āt pz q substantia intellectualis non pōt uniri corpori per modum contactus proprie sūpti:tactus.n.non nisi corporum est:sunt.n.tangentia quorum ultima sūt siml:ut puncta uel linee aut superficies que sūt corpoz ultima:non igitur per modum contactus substātia itellectualis corpori uniri pōt. Ex hoc āt relinquitur q neqz continuatione neqz compōne aut colligatione ex substantia intellectuali ⁊ corpore unum fieri possit:oia.n.hec sine contactu fieri ñ pñt:est tñ quidam modus contactus quo substātia intellectualis corpori uniri pōt:corpora.n. naturalia tangendo se alterant:⁊ sic ad inuicem uniuntur:non solum scom ultima quantitatis sed ēt scom similitudinem qualitatis aut forme dum alterans formam suam inprimit in alteratum:⁊ q̄uis si considerentur solū ultima quantitatis etiaz oz i oibus mutuū esse tactū:ñ si attēdatur ad actionem ⁊ passionē:inueniētur aliqua eē tāgentia tm̄:⁊ aliqua tacta tm̄:corpora.n.celestia tangunt q̄dē hoc mō elemētaria corpora in qtum ea alterāt:non āt tāgūtur ab eis:qz ab eis nō patiūtur: si igitur sint aliqua tangēta que i quantitatis ultimis non tāgant:dicētur nihilominus tangere in q̄tum agunt:scom quē modum dicimus q cōtristās nos tangit:hoc igitur mō tangendi possibile est uniri substātiā intetellectualez corpori p ptactū:agūt.n.substātie itellectuales i corpora:⁊ mouent ea:cum sint imāles ⁊ magis in actu existētes hic āt tactus nō est quātitatis sed uirtutis:vñ differt hic tactus a tactu corporeo in rebus: primo qz hoc tactu id qō est idiuisibile pōt tāgere diuisibile:qō i tactu corporeo nō pōt accidere:nā punctо non pōt tangi nisi idiuisibile aliqō:substantia āt itellectualis q̄uis sit idiuisibilis:pōt tāgere quātitatē diuisibilem i q̄tum agit in ipsā:alio.n. mō ē idiuisibile punctū:⁊ substātia itellectualis: pūctum quidē ē sicut quātitatis termin⁹:⁊ iō hz situ determinatum i continuo:ultra quē porrigi non pōt:substātia āt itellectualis est idiuisibilis quasi extra genus quātitatis exñs:vñ nō determinatur ei idiuisibile aliqd quātitatis ad tangendū. Secūdo qz tactus quātitatis est solū scom ultima: tactus āt uirtutis est ad totum qō tangitur:sic.n. tāgitur:scom q patitur et mouet:hoc āt fit scom q est i potentia:potētia āt ē scom totū ⁊ non secundū ultima totius:vñ totū tāgitur. Ex quo pz ttia dia:qz i tactu quātitatis q̄ fit secūdū extrema: oz eē tāgens extrīsecū ei qō tāgitur:⁊ ñ pōt icedere p ipsū:sz ipeditur ab eo:tact⁹ āt uirtutis q̄ cōpetit substātijs itellectualib⁹ cū sit ad itima fac substātiā tangentē esse itra id qō tāgitur ⁊ incedentē p ipsā absqz ipedimēto:sic igit substātia itellectual' potest corpori uniri per contactum uirtutis:que autem uniuntur secundū talem contactū nō sūt unū simplr:sūt.n.unum in agendo ⁊ patiendo: quod non ē esse unū simplr:sic.n.dī eē unū qūo ⁊ ens:eē āt agēs nō significat eē simplr:vñ nec eē unū i agēdo ē esse unum simplr. Unum aūt simpliciter tripliciter dicitur:vel sicut indiuisibile:vl sicut continuum:uel sicut quod est ratione unū: ex substantia autem intellectuali ⁊ corpore non potest fieri unum:quod sit indiuisibile : oportet enim illud esse compositum ex duobus . Nec iterum q̄ sit continuum :qz partes continuiquante sunt. ¶ Relinquitur igitur inquirenduz utrū ex substantia intellectuali et corpore possit fieri vnum sicut qō est ratione vnum:ex duobus autē permanentibus non fit ratione vnum nisi sicut

ex forma substantiali et mā: ex substātia. n. et accidente non fit ratione vnum: nō. n. est eadē ratio hominis et albi: hoc igitur īgrenduz reliquitur vtrū substātia intellectualis corpis alicui⁹ forma substātialis esse possit. Videt āt rōnabiliter ꝓsiderantib⁹ hoc eē ipossibile: ex duabus. n. substātijs actu exīntibus ñ pōt fieri aliq̄ unū: act⁹. n. cuiuslibet est id q̄ ab altero distinguit: substātia uero intellectualis ē substātia actu exīns: ut ex p̄missis apparet: silr āt et corpus: non igitur pōt aliq̄d unum fieri ut vī ex substātia intellectuali et corpore. Ad hec. forma et mā in eodē genere cōtinent: cōe. n. genus p actum et potentiā diuiditur: substātia āt intellectualis et corpus sī diuersa genera: non igitur vī possibile unū esse formā alterius. Amp. cōe illud cuius esse ē i mā oz esse māle: sed si substātia intellectualis ē forma corporis: oz q̄ esse eius sit in mā corporali: non. n. eē forme est p̄ter esse māe: sequitur igit q̄ substātia intellectualis nō sit imālis: vt supra oñsum est. Itē ipossibile est id cuius eē est ī corpe esse a corpore separatū: intellectus āt oñdit a philicis esse sepatus a corpe: et q̄ neq̄ est corp⁹: neq̄ uirtus in corpe: nō ē igit intellectualis substātia forma corporis: sic. n. esse eius esset i corpore. Ad hec. cuius esse est cōe corpi oz et opationem cōem esse: unūq̄q̄z. n. agit scōm q̄ ē ens: nec uirtus opatiua rei pōt esse sublimior q̄ eius essētia: cum uirtus essētie p̄cipia cōseqūtur: si āt substātia intellectualis sit forma corporis: oz q̄ esse eius sit sibi et corpori cōe: ex forma. n. et mā fit aliquid vnum simplr: qō est scōm esse unū: erit g̃ et operatio substātie intellectualis cōis corpori et uirtus ei⁹ virt⁹ ī corpore: qō ex p̄missis pz cē ipossibile.

Positio platonis de uniōe anime intellectualis ad corpus. CVII.

Ex his āt et similibus rōnibus aliqui moti dixerunt: q̄ nulla substātia intellectualis pōt esse forma corporis: sed q̄ huic pōni ipsa hois nā cōtradicere uidebatur: d̄ ex aia intellectuali et corpore vī esse cōpositus: excogitauerūt q̄sdam uias p q̄s nām hois saluarent. Plato igitur posuit et ei⁹ sequaces: q̄ aia intellectualis nō unitur corpori sicut forma materie: sz solū sicut motor mobili dicens aiam esse in corpe sic̄ nauta ī naui: et sic unio aie et corpis non esset nisi p cōtactū uirtutis: de q̄ supra dcm est: hoc āt vī incōueniens: scōm. n. p̄dictuz contactū non fit aliq̄d unuz simplr: ut oñsum est: ex unione āt aie et corporis fit hō: relinq̄t igitur q̄ hō non sit unum simplr: et p ꝓns nec ens simplr sed ens p accidēs. Ad hoc āt euitandum: plato posuit q̄ hō non sit aliquid cōpos tū ex aia et corpore: sed q̄ ipsa aia utens corpore sit hō: sic petrus non est aliquid cōpositum ex homine et dumēto: sed hō utēs idumēto. Hoc āt esse ipossibile oñditur: aial. n. et hō sī q̄dam sēsibilia et nālia hoc āt non esset: si corpus et eius ptes non essent de essentia hois et aialis: sed tota essētia utriusq̄ esset aia scōm pōnem p̄dēcaz: aia. n. non ē aliq̄d sensibile neq̄ māle: ipossibile est igitur hoīem et aial esse aiam utentē corpore: non āt aliq̄d ex aia et corpe cōpositum. Itē ipossibile ē q̄ eoz q̄ sunt diuersa scōz esse sit opatio una: dico āt opationē vnā non ex pte eius ī quod termiatur actio: sz sm q̄ egredit̃ ab agente: multi. n. trahentes nauim vnā actionem faciūt ex pte opati: qō est unū: sed tñ ex pte trahentiū sunt multe actiones: q̄ sūt diuersi ipulsus ad trahahendū: cū. n. actio ꝓseqūtur formā et uirtutē: oz q̄ quoz sūt diuerse forme et uirtutes et actiōes esse diuersas: q̄uis āt aie sit aliqua opatio ꝓpria ī q̄ non cōicat corpus sicut itelligere: sunt tñ aliq̄ opatiōes cōes sibi et corpori: ut timere et irasci et sentire et h⁹mōi: hec. n. accidunt sz aliquā trāsmutationem alicuius determinate ptis corporis: ex quo pz q̄ sil̃ sī aie et corporis opationes: oz igitur ex aia et corpore unū fieri: et q̄ ñ sint scōm eē diuersa: huic āt rōni scōm platonis sñiam obuiat: nihil. n. icc̄ uenies ē mouētis et moti: q̄uis scōm esse diuersorum cē cundē actum. nā motus ē idez qō actus mouētis sicut a quo ē: moti āt sicut in quo est: sic igit plato posuit p̄missas opationes esse aie corporisq̄ cōes vt uidelicet sint aie sicut mouētis: et corporis sicut moti: sed hoc esse non potest: quia ut probat philosophus ī secūdo de anima: sētire accidit in ipso moueri a sensibilibus exterioribus: vnde non potest homo sentire absq̄ exteriori sensibili: sicut nō potest aliq̄d moueri absq̄ mouente: organū igitur sensus mouetur et patitur in sentiendo: sed ab exteriori sensibili: illud autem quod patitur est sensus: quod ex hoc patet: quia carentia sensu non patiuntur a sensibilibus tali modo passionis: sensus igitur est uirtus passiua ipsius organi: anima igitur sensitiua non habet se in sentiendo sicut mouens et agens: sed sicut quo patiens patitur: quod impossibile est esse diuersum secundum esse a patiente: non est igitur anima sensibilis secundum esse diuersa a corpore animato. Preterea licet motus sit communis actus mouentis et moti: tamen alia operatio est facere motum et recipere motū: vnde et duo p̄dicamenta ponuntur facere et pati: si igitur in sentiendo anima sensitiua se habet ut agens: et corpus ut patiens: alia erit operatio anime et alia corporis: anima igitur sensitiua habebit aliquam operationem p̄priam: habebit igitur et subsistentiam p̄priam: ñ igitur destructo corpore esse desinet: anime igitur sensitiue etiā irrōnalium animalium erūt immortales: qō q̄dē

impꝛobabile uidetur:tñ a platonis opinione non diſcoꝛdat:ſed de hoc infꝛa erit locus querendi.
Amp̃.mobile non ſoꝛtitur ſpeciez a ſuo motoꝛe. Si igitur anima non coniungitur coꝛpoꝛi: niſi ſicut motoꝛ mobili:coꝛpus ⁊ paꝛtes eius non conſequũtur ſpeciem ab anima:abeunte igitur anima remanebit coꝛpus et paꝛtes eiuſdem ſpeciei: hoc autem eſt manifeſte falſum:nam caro ⁊ os ⁊ manus et huiuſmodi paꝛtes poſt abſceſſum anime non dicuntur niſi equiuoce:cum nulli harum paꝛtium pꝛopꝛia opeꝛatio aſſit:que ſpeciem conſequitur:non igitur vnitur anima coꝛpoꝛi ſolum ſicut motoꝛ mobili uel ſicut homo veſtimento.
Ad hec.mobile non habet eſſe per ſuum motoꝛẽ ſed ſolum motum:ſi igitur anima uniatur coꝛpoꝛi ſolummodo vt motoꝛ:coꝛpus mouebitur quidem ab anima:ſed non habebit eſſe per eam: uiuere autem eſt quoddaꝫ eſſe uiuentis:non igitur coꝛpus uiuet per animam. Item mobile neqꝫ generatur per applicationem motoꝛis ad ipſum: neqꝫ per eius ſeparationem coꝛꝛumpitur:cum ñ dependeat mobile a motoꝛe ſecunduꝫ eſſe ſed ſecundum moueri tantuꝫ:ſi igitur anima uniatur coꝛpoꝛi ſolum ut motoꝛ:ſequetur ꝙ in unione anime et coꝛpoꝛis non erit aliqua generatio neqꝫ in ſeparatione coꝛꝛuptio:et ſic moꝛs que conſiſtit in ſeparatione anime ⁊ coꝛpoꝛis non erit coꝛꝛuptio animalis:quod eſt manifeſte falſũ. Pꝛe.õe mouens ſe ipſum ita ſe habet ꝙ in ipſo eſt moueri et non moueri mouere et non mouere:ſed anima ſecundum platonis opinionem mouet cõpus ſicut mouẽs ſe ipſũ:eſt ergo in poteſtate anime mouere coꝛpus ⁊ non mouere:ſi ergo non unitur ei niſi ſicut motoꝛ mobili erit in poteſtate anime ſeparari a coꝛpoꝛe cum uoluerit:⁊ iterum uniri ei cũ uoluerit:quod patet eẽ falſũ. Q: ãt ut pꝛopꝛia foꝛma anima coꝛpoꝛi uniatur ſic pꝛobatur. Illud q̃ aliquid fit de potẽtia ente actu ens eſt foꝛma ⁊ actus ipſius:coꝛpus ãt per aiam actu fit ens de potẽtia exiſtente:uiuere.n.eſt eſſe uiuentis:ſemen aũt ante animationem eſt uiuens ſolũ in potentia: pꝛ aiam autem fit uiuens actu:eſt igitur anima foꝛma coꝛpoꝛis animati. Amp̃.quia tam eſſe ꝙ operari non eſt ſolum foꝛme neqꝫ ſolum materie ſed cõiuncti:eſſe ⁊ agere duobus attribuitur quoꝛũ unum ſe hꝫ ad alterum ſicut foꝛma ad materiam:dicimus.n. ꝙ homo eſt ſanus coꝛpoꝛe et ſanitate:⁊ ꝙ ẽ ſciens ſcientia et anima:quoꝛum ſcientia eſt foꝛma aie ſciẽtis ⁊ ſanitas coꝛpoꝛis ſani: uiuere ãt ⁊ ſentire attribuitur anime ⁊ coꝛpoꝛi:dicimur.n.uiuere ⁊ ſẽtire anima et cõpoꝛe.ſed aia tñ ſicut pꝛincipio uite et ſenſus:eſt igitur aia foꝛma coꝛpoꝛis. Ad hec.ſimiliter ſe habet tota aia ſẽſitiua ad totũ coꝛpus ſicut pars ad partẽ:pars ãt ita ſe habet ad partem:ꝙ eſt foꝛma ⁊ actus eius: viſus enim eſt foꝛma ⁊ actus oculi:ergo anima ẽ foꝛma ⁊ actus coꝛpoꝛis.

Q: nutritiua ⁊ ſenſitiua ⁊ intellectiua non ſunt i homine tres anime. LVIII

q̄ redēptor meus uiuit: ⁊ in nouissimo die de tra surrecturus sū: ⁊ rursus circundabor pelle mea: ⁊ i carne mea uidebo deū. Ad ostendendū etiā resurrectionez carnis futuram euidens ratio suf fragatur suppositis his que in superioribus sunt ostensa. ostēsum est enim in ꝺo: animas hominuz ímortales eē: remanēt igitur post corpora a cōpo ribus absolute: manifestum est etiam ex his que i ꝺo dicta sūt q̄ anima corpori naturaliter unitur: ē. n. ꝼm suam essentiam corporis forma: est igit ꝑ naturā aie absq̄ corpore esse: nihil autem quod ē ꝑ naturam pōt eē perpetuū: nō igitur perpetuo erit aīa absq̄ corpore: cū igit perpetuo maneat: oz eā corpori iterato cōiūgi quod est resurgē. im mortalitas igitur animaz exigere videt resurrecti onē corporū futurā. ¶ Adhuc oñsū ē supra i ter tio naturale hominis desideriū ad felicitatē tēdē felicitas aūt ultima est felicis pfectio. cuicūq̄ igit deest aliquid ad perfectionē nōdū habet felicita tem perfectā: q; nōdū eius desiderium totalit̄ q̄e tatur: oē. n. impfectū perfectionē cōsequi natura liter cupit: aīa āt a corpore sepata ē aliquo mō i perfecta sicut ois ps extra suū totū exñs: aīa enim naturaliter ē ps hūane nature: nō igitur hō pōt ultimā felicitatē ꝓsequi nisi aīa iterato corpori con iūgatur: pīsertim cū ostēsū sit q̄ hō in hac uita nō pōt ad felicitatē ultimā peruenire. ¶ Itē sicut i tertio oñsum est ex diuina ꝓuidentia peccātib' pēa debetur ⁊ bene agentibus premium. in hac autez uita hoies ex aīa ⁊ corpore cōpositi peccāt uel rec te agūt. debetur igitur hoibus ⁊ ꝼm aīam ⁊ ꝼz oī pus premiū uel pena. manifestū ē āt q̄ i hac uita premiū ultime felicitatis cōsequi nō possunt ex his que i tertio sūt ostensa: multotiēs etiā peccata in hac nō puniūt: q̄nimo ut dī Job. xxi. Hic ip̄i viuūt. cōfortati sunt: sublimatiq̄ ꝙuitus: necessa rium igitur est ponere iteratam anime ad corpus coniunctionem ut homo in corpore ⁊ anima pre miari ⁊ puniri possit.

¶ Obiectōes ꝑ resurrectionez LXXX

SUnt autē quēdā que resurrectionis fidē ipugnāt uidēt In nullo. n. naturaliū rez inuenit id quod corruptū ē idē nūero redire in eē: sicut nec ab aliqua priuatiōe ad habitū vī posse rediri: ⁊ tō q; que corrūpūtur eadē nūero iterari nō p̄nt: natura itendit ut id q̄ corrūpitur idē spē per ge nerationē cōseruetur: cū igit hoies p mortē corrū pant ip̄mq̄ corpus hois usq̄ ad p̄ma elemēta re soluatur: non vī q̄ idē nūero hō possit repari ad vitam. ¶ Item ipossibile ē eē idē nūero cui' ali quod ēntialiū p̄ncipioz idē nūero eē nō pōt: nō essentiali p̄ncipio variato semper uariatur essen tia rei per quā res sicut est: ita ⁊ vna est: quod aūt oio redit in nihilū: idē numero resumi nō potest potius enim erit noue rei creatio q̄ eiusdē repatō uidentur autē plura p̄ncipiorum ēntialium ho minis per eius mortē i nihilū redire: ⁊ p̄mo q̄dez ipa corporeitas ⁊ forma mixtionis cū corp' mani feste dissoluatur: deinde ps aie sensitiua et nutriti ua que sine corporeis organis eē nō possūt: ulteri us autē i nihilum videtur redire ipsa humanitas que dicitur esse forma totius aīa a corpore sepata ipossibile igitur uidetur q̄ hō idem nūero resur gat. ¶ Adhuc quod non est continuum: idē nūe ro esse non uidetur: qō q̄dem nō solum in magni tudinibus et motibus manifestum est sed etiam i qualitatibus et formis: si enim post sanitatem ali quis infirmatus iterato sanetur: nō redibit eadē sanitas numero. manifestum est autez q̄ p mortē esse hois aufert: cū corruptio sit mutatio de eē in nō esse: ipossibile est igit q̄ eē hois idem nūero re teretur: neq; igit erit idē homo nūero. quē. sūt eadem nūero ꝼm esse sūt idez. ¶ Amp̄. si idez ho minis corpus ꝛpatur ad vitā: pari rōne oz q̄ quic q̄d in corpe hois fuit eidez restituatur: ad hoc āt maxima idecēcia seq̄tur nō solū ꝓpter capillos ⁊ vngues ⁊ pilos q̄ manifeste q̄tidiana p̄cisiōe tol lūtur: sed et ꝓpter alias ptes corpis q̄ occulte p ac tionē nālis caloris resoluūtur que oia si restituāt hoi resurgēti indecēs magnitudo ꝓsurget non vi detur igit q̄ homo sit p' mortem resurrectur'. ¶ Preterea ꝓtingens ē q̄ñq; aliquos hoies carnib' humanis vesci: ⁊ solū tali nutrimēto nutriri ⁊ sic nutritos filios gīare: casu igit eadez in plurib' ho minib' inuenit: nō est aūt possibile q̄ in pluribus resurgat: nec aliter videt eē vniuersalis resurectio ⁊ integra si vnicuiq; ñ restituetur q̄ hic habuit. videtur igitur ipossibile q̄ sit hoium resurrectio futura. ¶ Item illud q̄ est cōe oibus exñtib' in aliqua spē videt esse naturale illi spēi: nō est autez hois resurrectio nālis: nō. n. aliqua vīus natural agentis sufficit ad hoc agendū ut cōiter oēs homi nes resurgant: nō igit cōiter oēs homies resurgēt. ¶ Adhuc si p xp̄m liberamur ⁊ a culpa ⁊ a mō te que ē peccati effectus: illi soli vident liberādi es se a morte p resurrectionē q̄ fuerūt ꝓticipes miste rioz xp̄i q̄bus liberarētur a culpa: hoc aūt ñ est oiuz hoium: nō igī oēs voies resurgēt ut videt.

¶ Solutio p̄missarum obiectionū. LXXXI.

AD horum igitur solutionē ꝓsiderādum ē q̄ deus sicut supra dictum ē in institutione huma ne nature aliq̄d corpori hūano attribuit supra id

.T.

qō ei ex naturalib⁹ principijs debebatur. ſ. incor
ruptibilitatē quādam per quam ꝓuenient ſue fō
me coaptaret: ut ſicut aīe uita ꝑpetua eſt: ita cor
pus ꝑ aīam poſſet ꝑpetuo uiuere: ⁊ talis q̄dem
incorruptibilitas ēt ſi nō eſſet naturalis q̄tum ad
actiuum ꝓncipiū: erat tñ quodāmodo naturalis ex
ordīne ad finē: ut. ſ. materia ꝓportionaretur ſue
naturali forme que eſt finis materie: aīe igitur p̄
ter ordinē ſue nature a deo auerſe ſubtracta ē diſ
poſitio que eius corpori diuinitus indita erat: vt
ſibi ꝓportionaliter reſponderet. ⁊ ſecuta ē mors:
eſt igitur mors quaſi per accīs ſuperueniens hōi
per peccatū cōſiderata inſtitutione hūane nature:
hoc āt accidēs ſublatū eſt per chriſtū qui merito
ſue paſſionis mortē moriēdo deſtruxit: ex hoc igi
tur cōſequitur q̄ diuina v̄tute que corpori incorrup
tionē dedit iterato corpus de morte ad uitā repa
raretur. Secundum hoc igitur ad primum dicen
dum q̄ uirtus nat⁹re deficiens eſt a virtute diuina
ſicut virtus inſtrumenti a uirtute principalis agē
tis: q̄uis igitur operatione nature hoc fieri nō
poſſit ut corpus corruptum reparetur ad vitā: tñ
v̄tute diuina id fieri poteſt: nā q̄ natā hoc facē nō
poſſit ideo ē q⁹ natura ſp̄ per formā aliquā ope
ratur: qō aūt habet forma: iam ē: vnde nihil ſe ip
ſū generare pōt: ſed gñat aliq̄d aliud ſibi ſm ſpēz
ſimile: cū v̄o corruptum eſt formā amiſit q̄ potat
ē actionis ꝓncipiū: vñ opatione nāe qō corrup
tum ē idem nūero reparī non poteſt: ſz diuina v̄tus
que res ꝓduxit in eſſe ſic ꝑ nām opat⁹ q̄ abſq; ea
effectum nāe ꝓducē poteſt ut ſupius oſtenſum ē: vñ
cum v̄tus diuina maneat eadē etiā in rebus corrup
tis poteſt corrupta in integrū repare. Quod vero
ſecūdo obīciebat: impedire nō poteſt q̄n homo idē
nūero reſurgere poſſit. Nullum. n. ꝓncipiorū eſſē
tialium hois ꝑ mortē omnino cedit in nihilum
nam anima rōnalis que ē forma hois manet poſt
mortem ut ſuperi⁹ eſt oſtenſum: mā etiā manet q̄
tali forme fuit ſubiecta ſub dimēſionib⁹ eiſdē ex q̄
bus habebat ut eēt indiuidualis materia: ex cōiū
ctione igitur eiuſdem aīa nūero ad eandem mām
nūero homo vnus numero reparabitur. Corpo
reitas autē dupliciter accipi poteſt. Uno mō ſm
q̄ eſt forma ſubālis corporis prout in genere ſub
ſtantie collocatur: ⁊ ſic corporeitas cuiuſcūq; cor
poris nihil eſt aliud q̄ forma ſubālis eius ſz quaꝫ
in genere ⁊ ſpecie collocatur ex qua debeꝫ rei cor
porali q̄ habeat tres dimēſiones: nō. n. ſunt ponē
ſe forme ſubāles in vno ⁊ eodē per quarū vnam
collocatur in genē ſupremo puta ſubſtantie: ⁊ p
aliā in genē proximo puta in genere corporis uel
aīalis ⁊ per aliā in ſpē puta hois aut equi: quia ſi
ꝓma forma faceret eē ſubām. ſequentes forme iā
aduenirēt ei quod eſt hoc aliquid in actu et ſubſi
ſtens in natura: ⁊ ſic poſteriores forme nō facerēt
hoc aliquid. ſed eēnt in ſubiecto qō eſt hoc aliq̄d
ſicut forme accidentales: oportet igitur q̄ corpo
reitas prout eſt forma ſubālis in homine non ſit ali
ud q̄ aīa rationalis que in ſua materia hoc requi
rit q̄ habeat tres dimenſiones: eſt enim actus cor
poris alicuius. Alio modo accipitur corporeitas
prout eſt forma accidentalis ſecūdum quam dici
tur corpus quod eſt in genere quātitatis: et ſic cō
poreitas nihil aliud eſt q̄ tres dimenſiones q̄ cor
poris rationem conſtituūt: ⁊ ſi igitur hec corpore
itas in nihilum cedit cōpore humano corrupto:
tamen impedire nō poteſt qui idem numero īſur
gat eo q̄ corporeitas eodē modo primo dicta nō
in nihilum cedit ſed eadem manet. Silr etiam for
ma mixti dupliciter accipi poteſt. Uno modo vt
per formam mixti itelligatur forma ſubālis cor
poris mixti: ⁊ ſic cū i homine non ſit alia forā ſub
ſtātialis q̄ aīa rationalis ut oſtenſū eſt: nec pote
rit dici q̄ forma mixti prout eſt forma ſubſtantia
lis homine moriente cedat in nihilū. Alio modo
dicitur forma mixti qualitas quedam cōpoſita ⁊
cōtemperata ex mixtione ſimplicium qualitatuꝫ
que ita ſe habet ad formam ſubſtantialem cōpo
ris mixti ſicut ſe habet qualitas ſimplex ad forāz
ſubſtantialem corporis ſimplicis: vnde ſi forma
mixtionis ſit dicta in nihilum cedat: uon preiudi
cat unitati corporis reſurgentis. Sic etiam dicen
dum eſt ⁊ de parte nutritiua ⁊ ſenſitiua: ſi enim p
ptem ſenſitiuam ⁊ nutritiuam intelligantur ipſe
potentie que ſunt ꝓprietates naturales anime ul
magis compoſiti: corrupto corpore corrūpuntur
nec tamē per hoc impeditur vnitas reſurgentis.
ſi uero per partes predictas intelligatur ipa ſubā
anime ſenſitiue et nutritiue: utraq; earū eſt eadez
cū aima rationali: nō enim ſunt in homine tres
aīe ſed vna tātum ut in ſecūdo li. oſtenſum ē. De
humanitate uero nō eſt intelligendum q̄ ſit que
dam forma cōſurgens ex cōiūctōne forme ad ma
teriam q̄ realiter ſit alia ab utroq; quia cū per for
mam materia fiat hoc aliquid actu ut dicitur ſo
de aīma: illa tertia forma conſequens non eſſet
ſubālis ſed accidentalis. Dicunt autem quidaz q̄
forma partis eadem eſt ⁊ forma totius. ſed dī for
ma partis ſm q̄ facit materiam eſſe in actu. forā
vo totius dicitur ſm q̄ complet ſpēi rationem: ⁊
ſm hoc humanitas non eſt aliud realiter q̄ aīa
rationalis: vnde patet q̄ corrupto corpore nō ce
dit in nihilū. Sed quia humanitas eſt eſſētia ho
minis: eſſentia aūt rei eſt quā ſignat diffinitio: diſ
finitio āt rei nāl ñ ſignat tm̄ formā ſz forām ⁊ ma
teriam: neceſſarium eſt q̄ humanitas aliquid ſi
gnificet compoſitum ex materia ⁊ forma ſicut ⁊
homo: differenter tamen: nam humanitas ſignat
ꝓncipia eſſentialia ſpeciei tam formalia q̄ mate
rialia cum preſciſione principiorū indiuidualiū:

dicitur.n. humanitas fm quã aliquis est hõ. hõ ãt non est aliqs ex hoc q̃ hz principia indiuidua lia sed ex hoc solũ q̃ hz principia eẽntialia speciei humanitas igitur significat sola principia speciei eẽntialia. vnde signãt p modũ ptis. hõ autẽ significat quedam principia essentialia spẽi: sed nõ excludit principia indiuiduantia a sui ſignificatiõe nã homo dicitur q̃ habet humanitatem ex quo non excluditur quin alia hãe possit. ⁊ pp hoc hõ significat p modũ totũ. significat. n. principia spẽi eẽntialia in actu: indiuiduãtia uero i potentia: fõma uero significat utraq̃ in actu sicut et differentiã genus hz potestate: spẽs vo actu uñ pz q̃ ⁊ hõ redit idẽ nũero in resurrectione ⁊ humanitas eadem nũero ꝓpter aie rõalis pmanẽtiã ⁊ matie vnitatem. Quod vero tertio obꝯcitur. q̃ eẽ non est vnum q: non ẽ continuum: falso inititur fũdamẽto: manifestũ est. n. q̃ materie et fozme vnũ ẽ esse: non. n. materia hz esse in actu nisi per fozmaz: differt tñ q̃tum ad hoc aĩa rationalis ab aliã fõmis nam esse aliarũ fozmarum non est nisi in concretione fozmarũ ad materiã. non. n. excedũt mãm neq̃ in esse neq̃ in operari: anima vo rationalis manifestũ est q̃ excedit materiã in operari. hz. n. aliquam operationem absq̃ pticipatione organi cozporalis. s. intelligere. vnde et eẽ suũm non ẽ solum in concretione ad materiã: esse igitur eius q̃ erat ꝓpositi: manet in ipo cozpore dissoluto: ⁊ reparato corpore in resurrectione in idem esse ĩducitur q̃ remansit in ania. Quod etiam quarto obꝯcitur: resurgentis vnitatem non tollit: qõn. non impedit unitatem fm numerum in homine vum continue uiuit. manifestuz est q̃ nõ potest impedire unitatem resurgentis: in corpore autez hominis q̃diu viuit non semper sũt eedem ptes fm materiã sed solũ fm spẽm: fm uero materiã ptes fluunt et refluunt. Nec ꝓpter hoc impeditur q̃n homo sit vnus nũero a pncipio uite usq̃ in finẽ cuius exemplũ accipi potest ex igne qui cũ ꝓtinue ardet unus nũero dicitur ꝓpter hoc q̃ species eẽ manet licet ligna consumantur et de nouo apponantur: sic etiam est in corpore humano: nam fõma et species singulariũ partiũ eius continue manet per totam uitam: sed materia ptium et resoluitur per actionẽ caloris naturalis ⁊ de nouo ad generatur p alimẽtuz. Nõ est aũt alius nũero hõ fz diuersas partes ⁊ etates q̃uis non quicq̃d materialiter ẽ in homine fm unũ statũ sit in eo scõm alium: sic igitur non requiritur ad hoc q̃ ꝛsurgat hõ idẽ numero q̃ quicq̃d fuit materialiter i eo fz totum tempus vite sue resumatur: sed tñ ex eo q̃tum sufficit ad complemẽtum debite quantitatis ⁊ precipue illud resumendum uidetur q̃ perfectius fuit sub fozma et specie humanitatis consistẽs si quid vero defuit ad complementum debite q̃n titatis. uel q: aliquis preuentus est morte anteq̃ natura ipsum ad perfectam quantitatem deduceret uel q: forte aliquis mutilatus est mẽbro: aliũ de hoc diuina supplebit potentia. Nec tamẽ hoc impediet resurgentis cozporis unitatẽ: q: etiã opere nature super id q̃ puer habet aliquid addit aliũ de ut ad perfectam perueniat quantitatez nec talis additio facit aliũ numero: idem enim nũero ẽ hõ et puer ⁊ adultus. Ex quo etiam patet q̃ nec resurrectionis fidem impedire potest etiam si aliqui carnibus humanis uescantur ut quinto obꝯciebatur: non. n. est necessarium ut ostensum ẽ q̃ quicq̃d fuit in homine materialiter resurgat i eo ⁊ iteruz: si aliquid deest: suppleri potest per potentiam dei. Caro igitur comesta resurget in eo i quo ꝓmo fuit anima rationalis perfecta resurget. i fo vo si non solis carnibus humanis est pastus sed ⁊ alijs cibis: resurgere poterit tantuz de alio quod ei materialiter aduenit quod erit necessarium ad debitam quantitatem cozporis restaurandam: si uero solis humanis carnibus sit pastus. resurget in eo quod a generantibus traxit: ⁊ quod defuerit supplebitur omnipotentia creatoris: q̃ etsi parẽtes ex solis humanis carnibus pasti fuerint: vt sic ⁊ eorum semen quod est superfluum alimenti ex carnibus alienis generatum sit. resurget quidem semen in eo qui est natus ex semine loco cuius ei cuius carnes comeste sunt supplebitur aliunde: hõ. n. in resurrectione seruabitur: q̃ si aliquid materiei aliter fuit in pluribus hominibus: resurget in eo ad cuius perfectionem magis pertinebat: vnde si fuit in vno ut radicale semẽ ex quo est generatus in alio uero sicut superueniens nutrimentum: resurget in eo qui est generatus ex hoc sicut ex semine: si uero in uno fuit ut pertinens ad perfectõem indiuidui: in alio ut deputatum ad perfectionem speciei: resurget in eo ad quem pertinebat secũdũ perfectionem indiuidui: vnde semen resurget i genito ⁊ nõ in generãte: et costa Ade resurget i Eua non in Adam in quo fuit sicut in nature pincipio. si autem secundum eundem perfectõnis modum fuit in utroq̃: resurget in eo in quo ꝓmitus fuit. Ad id uero quod. vi. obiectum est: ex hiis que dicta sunt iam pater solutio. resurrectio enim q̃tum ad finem naturalis est in q̃tum naturale ẽ anime esse cozpori vnitam: sed principium eius actiuum non est naturale sed sola uirtute diuina cõsurr. Nec etiam negandum est omnium resurrectionem esse futuram quãuis non omnes per fidez christo adhereant nec eius mysterijs sint imbuti: filius enim dei propter hoc naturam humanam assumpsit ut eam repararet: id igitur quod est defectus nature in omnibus reparabitur: vnde omnes a morte redibunt ad vitam: sed defectus perfecte non reparabit nisi in illis qui xpo adheserũt

uel per proprium actum crēdendo in ipsum: uel saltem per fidei sacramentum.

¶ Q̄ homines resurgent immortales. LXXXII

EX quo etiaz patet q̄ in futura resurrectione homines ñ sic resurgent ut sint iterum morituri. Necessitas enim moriendi est defectus in naturā humanam ex peccato proueniens: christus autem merito sue passionis nature defectus reparauit qui in ipsum ex peccato prouenerunt. Ut enim dicit apostolus Ro. v. Non sicut delictum: ita et donum: si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei i gratia vnius hominis Jesu christi in plures abundauit. Ex quo habetur q̄ efficatius est meritum christi ad tollendum mortem q̄ peccatum Ade ad inducē dum: illi igitur qui per meritum christi resurgēt a morte liberati. mortem ulterius non patientur ¶ Preterea illud quod est in perpetuum duraturum non est destructum: si igitur homines resurgentes adhuc iterum morientur: ut sic mors in perpetuum duret: nullo modo mors per mortem christi destructa est: est autem destructa quidem nunc in causa: quod dominus per Oseē predixerat dicens: Ero mors tua o mors. Oseē. xiij. vltimo autem destruetur in actu secundum illud Nouissime inimica destruetur mors. i. Corin. xv. est igitur secundum fidem ecclesie hoc tenendum q̄ resurgentes non iterum morientur ¶ Adhuc effectus similatur sue cause: resurrectio aūt christi causa est future resurrectionis ut dictuz est: sic autez resurrexit christus ut non vlterius moreret secundum illud. Ro. vi. Christus resurgēs ex mortuis. iam non moritur: homines igitur sic resurgent ut ulterius non moriantur ¶ Amp̄. si homines resurgentes iterum moriantur: aut iterum ab illa morte iterato resurgent aut non: si non resurgent remanebunt perpetuo anime separate quod est inconueniens ut supra dictum est: ad quod euitādū ponuntur post resurgere uel si post secundaz mortem non resurgant nulla erit ratio quare post p̄ mā resurgant: si āt post faz mortez itato resurgēt aut resurgēt itez̄ moritūi aut ñ: si ñ itez̄ morituri eadem ratione hoc erit ponendum z in prima resurrectione: si uero iterum morituri procedet in infinitum alternatio mortis z uite in eodem subiecto quod uidetur inconueniens: oportuit enim q̄ intentio dei resuscitantis ad aliquid determinatum feratur: ipsa autem mortis z vite alternatio successiua est quasi quedam transmutatio que finis esse non potest: est. n. ptra rōem motus q̄ sit finis: cum omnis motus in aliud tendat. ¶ Preterea intentio inferioris nature in agendo ad ppetuitatē fertur: omnis enim nature inferioris actio ad generationē ordinatur: cuius quidem finis est ut conseruet esse perpetuū speciei: vnde natura non intendit hoc indiuiduum sicut ultimū finē: sz speciei conseruationē in ipso: z hoc habet natura in quātum agit in uirtute dei que est prima radix perpetuitatis: vnde etiam finis generatōis eē pōitur a pho ut generata participent eē diuinū sm ppetuitatem. multo igitur magis actio ipsius dei ad aliquid perpetuū tendit: resurrectio āt non ordinatur ad perpetuitatem spēi: hoc. n. per generationē poterat conseruari. oportet igi q̄ ordinetur ad perpetuitatē indiuidui: nō āt sm aiam tantū: hoc. n. iam aia habebat ante resurrectionē: ergo sm compositum: hō igitur resurgēs perpetuo uiuet ¶ Adhuc aia z corpus diuerso ordine comparari videntur sm primā hois generationē z resurrectionē eiusdem. nam sm generationez p̄mā creatio aie sequitur generationē corporis: ꝑpata. n. materia corporali per virtutē decisi seis: dē aiam creando infundit. in resurrectione aūt cōp̄ aie preexñti coaptabitur. prima āt vita quā hō p generationē adipiscitur sequitur conditionē corruptibilis corporis in hoc q̄ per mortem priuat vita: uita igitur quam homo resurgendo adipiscetur erit perpetua scōm conditionē incorruptibil' aie ¶ Item si in infinitum succedant sibi in eodez vita z mors: ipsa alternatio vite z mortis hēbit speciem circulationis cuiusdam: omnis autez circulatio in rebus generabilibus z corruptibilibus a prima circulatione incorruptibiliū corporū cāt nam prima circulatio in motu locali inuenitur z secundum eius similitudinem ad motus alios deriuatur. causabitur igitur alternatio mortis z vite a corpore celesti: quod eē non potest q: reparō corporis mortui ad uitam facultatē actionis nāe excedit. nō igitur est ponēda huiusmodi alternatio mortis z uite: nec per consequens q̄ resurgentia corpora moriantur. ¶ Amplius quecunqz succedunt sibi in eodem subiecto habent determinatam mensuram sue durationis secundum tempus: omnia autem huiusmodi subiecta sunt motui celi quem tempus consequitur: aia autem separata nō est subiecta motui celi: q: excedit totam naturam corporalem: alīnatio igitur sepatōis eius et unionis ad corp̄ nō subiacet motui celi: nō igī ē talis circulatio in alternatione mortis z uite q̄ lis sequitur si resurgentes iterum moriantur: resurgent igitur de cetero non morituri. Hinc ē qō dicitur Isa. xxv. Precipitabit dominus mortem in sempiternum. et Apoca. xxi. Mors ultra non erit. ¶ Per hoc autem excluditur error q̄rūdaz

antiquoꝝ gentiliū qui credebant eadez temporū tpaliūqꝫ rez uolumina repeti: vbi gīa sicut ī isto seculo Plato phūs in urbe atheniēsi et in eadem schola que achademica dicta est discipulos docuit ita qꝫ per inumerabilia retro secula multis quidem prolixis interuallis sed tamē certis ꝛ idē plato ꝛ eadem ciuitas et eadē schola idēqꝫ discipuli repetiti ꝛ per inumerabilia demū secula repetendi sūt ut Aug. introducit ī .xꝯ. ō ciui. dei. Ad qō ut ipe ibidē dicit quidam referre volunt illud qō dicitur Ecclesiastes ꝑmo. Quid est quod fuit: ipꝫ quod futurū est. quid ē qō factū est: ipm qō faciē dū est. Nihil sub sole nouū: nec ualet quisqꝫ dicer ecce hoc recēs ē. Jam. n. precessit in seculis q̄ fuerūt ante nos. Quod quidem non sic intelligendū ē qꝫ eadem nūero per generationes varias repetātur: sed similia specie ut Aug. ibidez soluit: ꝛ Aristo. in fine de generatione hoc ipsum vocuit ꝓtra predictam sectam loquens.

¶ Qꝫ in resurgentibus non erit usus ciboꝝ neqꝫ venereoꝝ. LXXXIII

EX premissis autē ostenditur qꝫ apud hoies resurgentes nō erit uenereoꝝ ꝛ ciboꝝ vsus. Rēota. n. vita corruptibili necesse est remouere ea que corruptibili uite deseruiūt: manifestū ē autem qꝫ ciborū vsus corruptibili vite deseruit: ad hoc n. cibos assumim⁹: ut corruptio que posset accidere ex consumptione naturalis humidi euitet. Est ēt ī presenti ciborū vsus necessarius ad augmētum qō post resurrectionē in hoibus nō erit qz hoies in debita quātitate resurgēt vt ex dictis pz. Similiter cōmixtio maris ꝛ femine corruptibili uite ō seruit. ordinat eni ad generationē per quā quod perpetuo conseruari nō pōt fm individuū: ī spē cōseruatur: oñsū est āt qꝫ resurgētiū uita icorruptibilis erit: nō igitur in resurgentibus erit ciborū neqꝫ venereoꝝ vsus. ¶ Adhuc vita resurgentiū nō min⁹ ordinata erit qꝫ presens uita sed magꝫ: qz ad illā hō perueniet solo deo agente: hāc āt ꝓsequit cooperāte nā: sed ī hac uita ciboꝝ vsus ordiatur ad aliquē finē. ad hoc. n. cibus assumitur ut p digestionē cōuertat in corpus: si igitur tūc erit ciborū vsus oportebit qꝫ ad hoc sit qꝫ cōuertatur ī corpus cū ergo a corpore nihil resoluat eo qꝫ corpus erit icorruptibile oportebit dicere qꝫ totū qō conuertitur ex alimēto trāseat ī augmētū: resurget āt hō in debita quātitate ut supra dictū est: ergo p ueniet ad imoderatā quātitatē: imoderata est. n. quātitas que debitā quātitatē excedit ¶ Amp. hō resurgens ī ppetuū viuet: aut igit semper cibo vtetur: aut non semp sed per aliqō dcimiatū tps si aūt semp cibo vtetur cū cibus ī corpus ꝛuersus aquo nihil resoluit: resolvitur neēe est qꝫ augmētum faciat fm aliquā dimensionem: oportebit dicere qꝫ corpus hois resurgentis ī infinitū augeat: quod eē non pōt: qz augmētum est motus naturalis intentio aūt vtutis naturalis mouentis nunqꝫ est ad infinitū sed sp est ad aliqd certum: qz ut dicit in. ij. de aīa: oium natura ꝓstantiū termin⁹ ē magnitudinis ꝛ augmēti: si aūt semp cibo vtetur hō resurgens sp aūt viuet: erit aliquod tpus dare in quo cibo nō vtetur: quare hoc a pncipio faciēdū est: nō igitur hō resūgens cibo utetur: si aūt non vtetur cibo sequtur qꝫ neqꝫ uenereoꝝ usum hēbit ad quē requritur decisio seminis: a corpe āt i resurgentis semē decidi nō potit neqꝫ ex substātia eius tum qz hoc est ꝓtra rationē semis: eēt. n. semē nō corruptū ꝛ a natura recedens: ꝛ sic nō posset esse naturalis actionis pncipiū ut pz p phm in libro de gnātione aīalium: tū etiaz qz a substātia illoꝝ corpoꝝ in corruptibiliū exītium nihil resolui poterit: nec etiā semē esse poterit supfluū alimēti si resurgētes cibis nō vtantur ut oñsū ē nō igitur in resurgētibus erit veneroꝝ vsus. ¶ Itē venereorum vsus ad gnationē ordinatur: si igitur post resurrectōez erit venereoꝝ vsus nisi sit frusta sequtur qꝫ tūc etiam erit hoium gnatio sicut ꝛ nūc: multi igitur hoies erūt post resurrectiōem q̄ añ resurrectōez nō fuerūt: frustra igr tm differt resurrectio mortuoꝝ ut omēs simul vitaz accipiāt q̄ eandem hñt naturā. ¶ Amp. si post resurrectionem erit hoiuz gnatio: aut igitur illi q̄ gnabūtur iterū corrumpētur: aut icorruptibiles erūt ꝛ imortales: si aūt erūt icorruptibiles ꝛ imortales mlta icōueniētia sequūtur. Primo qdem qz oportebit ponē qꝫ illi hoies sine pcco nascantur originali cū necessitas moriēdi sit pena ꝓsequēs pccm originale qō est ꝓtra aplm dicētem Ro. v. qꝫ p vnū hominem pec. in oēs ho. pue. ꝛ mors. Deinde sequit qꝫ non oēs indigeant redēptione que a xp̄o si aliqui sine peccato originali ꝛ necēsitate moriēdi nascant: ꝛ sic christus nō erit oium hominuz caput quod etiaz est contra sententiam apostoli dicentis. i. Corin. xv. qꝫ sicut in Adam omnes moriūtur: ita ꝛ i christo omnes viuificabunt. Sequitur etiā ꝛ aliud icōueniens. ut quoꝝ est similis gnatio nō est simil generationis termin⁹: hoies. n. p gnationē que est ex semie nūc q̄dem ꝓsequūtur corruptibilē vitaz: tunc aūt immortalē: si aūt homies q̄ tunc nascēt corruptibiles erūt ꝛ moriētur si iterato nō resurgunt: sequetur qꝫ eoꝝ āie ppetuo remanebunt a corporibus sepate qō est inꝓueniēs cū sint eiusdez speciei cuz aiabus hominū resurgētiū: si aūt ꝛ ipi resurgent: debuit ꝛ eoꝝ resurrectio ab alīs expectari ut simul omnibus q̄ vnaz naturam pticipāt beneficiū ꝓferatur resurrectionis: qō ad nature

reparationē pertinet ut ex dictis patet. Et prete
rea non uidetur esse aliqua ratio quare aliqui ex
pectentur ad simul resurgendū si nō oēs expectāt
¶ Adhuc si homines resurgentes venereis vtent
et generabūt: aut hoc erit semper: aut non semp:
si semp sequetur q̄ multiplicatio hominū erit in
infinitū: intentio autem nature generantis post ī
surrectionem non poterit esse ad alium finem q̄
ad multiplicationem hominum: non enim erit
ad conseruationem speciei per generationem cuz
homines incorruptibiliter sint victuri. sequitur
igitur q̄ intentio nature generantis sit ad infinitū
quod est impossibile: si uero ñ semper generabūt
sed ad aliquod determinatum tempus: post illud
igitur tempus non generabūt: quare et a pricipio
hoc eis attribuendū est ut uenereis non vtantur
nec generent. Si quis autem dicat q̄ in resurgen
tibus erit vsus ciborum ⁊ venereorum non ꝓpter
conseruationem uel augmentum corporis neq;
conseruationem speciei uel multiplicationem ho
minum sed ꝓpter solam delectationem que in
his actibus existit ne aliqua delectatio hominibus
in vltima remuneratione desit. patet quidem mł
tipliciter hoc inconuenienter dici: primo quidez
quia uita resurgentium ordinatior erit q̄ vita no
stra vt supra dictum est. in hac autem uita inordi
natum et uitiosuz est si quis cibis et venereis vtat
ꝓpter solā delectationē ⁊ nō propter necessitatez
sustentandi corporis uel prolis educāde: ⁊ hoc rō
nabiliter: nam delectationes que sūt in premissis
actōibus nō sūt fines actionū: sed magis econuer
so. nā. n. ad hoc ordinauit delectationes i istis ac
tibus ne animalia ꝓpter laborem ab istis actib⁹
necessarijs nature desisterent qō ꝓtingeret nisi de
lectatione ꝓuocarent: ē ergo ordo ꝓposterus ⁊ in
decens si opationes ꝓpter solas delectatiōes exer
ceant: nullo igitur mō hoc in resurgentibus erit q̄
rum uita ordinatissima ponitur. ¶ Adhuc vita
resurgentium ad cōsequendam perfectā beatitu
dinem ordinatur: perfecta aūt beatitudo ⁊ felici
tas hominis nō ꝓsistit i delectatōib⁹ corporalib⁹
que sūt delectatōes ciborꝫ ꝑ venereorū vt in ītio
libro ostensū ē. non igitur oz ponere in uita resur
gentiū hmōi delectationes eē ¶ Amꝑ actus vir
tutū ordinant ad beatitudinē sicut ad finez: si igit
i statu future beatitudinis eēnt delectatōes cibo
rū ⁊ venereorū quasi ad beatitudinē pertinētes.
sequeretur q̄ in intentōe eorꝫ q̄ vtuosa agūt eēnt
aliqualiter delectatōes ꝑdicte qō rōez tēperantie
excludit. est. n. ꝫ temperantie rōem ut aliquis a ꝺ
lectatōibus nūc abstineat ut postmodum eis frui
magis possit: redderet igit ois castitas ipudica et
ois abstinētia gulosa: si uero predicte delectatōes
erūt nō tñ q̄i ad beatitudinē ptinētes ut oporteat
eas eē intentas ab his qui vtuosa agūt: hoc eē nō
pōt: q: omne qō est: uel est ꝓpter altez. uel ꝓpter
se ipsum: predicte autem delectationes nō erūt ꝓ
pter alterū: nō enim erunt prōpter actiones ordi
natas ad finē nature ut iam ostensum est: relinq̄t
igitur q̄ erunt propter se ipsas: omne autem qō
est huiusmodi: vel est beatitudo: vel pars beatitu
dinis: oportet igitur si delectationes predicte i ui
ta resurgentium erūt q̄ ad beatitudinem eorum
pertineant: quod esse non potest ut ostensum est:
nullo igitur modo huiusmodi delectatōnes erūt
in futura vita. ¶ Preterea ridiculum videtur de
lectationes querere corporales i quibus nobiscū
animalia bruta cōicant ubi expectantur delecta
tiones altissime in quibus cum angelis cōicamus
que erunt in dei visione que nobis ⁊ angelis erit
cōis ut in tertio li. est oñsum: nisi forte quis dicere
uelit beatitudinē angelorꝫ esse iperfectaz q: ōsūt
eis delectationes brutorꝫ quod est omnino absur
dū. Hinc est q̄ dominus dicit Math. xxij. q̄ in re
surrectione neq; nubent neq; nubent: sed erunt si
cut angeli dei. Per hoc autem excluditur error
iudeorū ⁊ sarracenorū qui ponūt q̄ in resurrecti
one hoies cibis ⁊ venereis vtūtur sicut ⁊ nūc: q̄s
etiam quidam christiani heretici sunt secuti qui
ponētes regnū christi futurꝫ in terris terrenū per
mille annos in quo spacio tpis dicūt eos qui tūc
resurrexerint imoderatissime carnalibus epulis
uacaturos in quibus sit cibus tantus aut poꝰ ut
non solum nullā modestiā teneāt: sed modū q̄q;
ipsius credulitatis excedant: nullo aūt modo ista
possūt nisi a carnalibus credi. Hi aūt qui spūales
sunt istos ista credentes cyliastas appellāt greco
uocabulo: quod verbū est verbo exprimētes nos
possumus millenarios nuncupare ut Aug. dicit.
vigesio de ciuitate dei. Sunt autem quedaz que
huic opinioni suffragari uidentur: ⁊ primo q̄dez
quia adam ante peccatum uitam habuit imorta
lē: ⁊ tamen cibis et uenereis uti potuit in illo sta
tu cū ante peccatum illi sit dictū. Crescite et mul
tiplicamini. ⁊ iterum. De omni ligno quod est in
paradiso comedes. Deinde ipse christus post rē
surrectionem legitur comedisse et bibisse: dicitur
enim Luce vlti. q̄ cum manducasset coram disci
pulis sumens reliquias dedit eis. ⁊ Act. decimo
dicit Petrus. Hunc. scilicet Jesum deus suscita
uit tertia die ⁊ dedit eum manifestum fieri non
omni populo sed testibus preordinatis a deo no
bis qui māducauimus et bibimus cum illo post
q̄ resurrexit a mortuis. Sunt et quedam aucto
ritates que ciborꝫ usū in hmōi statu hoib⁹ repro
mittere videt. dī. n. Isa. xxv. Faciet dñs exercituū
omnibus populis in monte hoc ꝓuiuiū piguium
medullatorꝫ videmie defecate: ⁊ q̄ itelligat q̄tuz
ad statum resurgentium patet ex hoc qō postea
subditur. Precipitabit mortem in sempiternū: ⁊

aufert dñs deus oẽm lachrymaz ab oi facie: dicit ẽt Isa. lxv. Ecce serui mei comedent: z vos esurietis: ecce serui mei bibent: z uos sitietis: z q hoc referendũ sit ad statũ future vite: pz ex eo qõ postea subditur. Ecce ego creabo celum nouũ z terrã nouã z c. dñs ẽt dicit Mathe. xxvi. Nõ bibã ãmodo de hoc genimine vitẽ vsq ad diẽ illũ cũ illud bibã vobiscũ nouũ in regno patris mei. & Luce. xxij. dicit. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnuz ut edatis z bibatis super mensã meam in regno meo: z Apocl. ẽt xxi. dr: q ex vtraq parte fluminis qõ erit in ciuitate beatoz erit lignũ vite afferens fructus duodeci: z. xx. dr. Vidi aias decollatoz ppter testiñ Jesu: z vixerunt z regnauerunt cũ xpo mille annis: ceteri mortuoz nõ vixerunt donec cõsumarentur mille anni. Ex qbus oibus predictorum hẽticoz opio confirmari vr.

Hec aũt nõ difficile est soluẽ. Quod. n. primo obiicit de Adam: efficaciã nõ hz. Adã. n. perfectõnem quandam habuit personalem nondum tñ erat nã humana totaliter perfecta nondum multiplicato hũano genẽ: institutus ergo fuit Adam in tali perfectione que competebat principio totius humani generis: z ideo oportuit q generaret ad multiplicationẽ humani generis: z per ꝓñs q cibis vteretur: sed in perfectiõe resurgentiũ erit nã humana totaliter ad suam perfectionem peruẽiens numero electoz iam cõpleto: z iõ gñatio locũ non habebit nec alimentis vsus: propter qõ z alia erit imortalitas z incorruptio resurgentiũ: z alia que fuit in Adam: resurgentes enim sic imortales erunt et incorruptibiles: vt mori non possint nec ex eoz corporibus aliquid resolui. Adam aũt sic fuit immortal' ut posset non mori si non peccaret z posset mori si peccaret: z eius imortalitas sic cõseruari poterat non q nihil resoluẽt ab et' corpe: sed vt cõ resolutõnẽ humidi nãlis ei subueniri posset p ciboz assumptionẽ ne ad corruptionẽ corp' eius peruenire. De christo aũt dicẽdũ est q post resurrectionẽ comedit non ppter nccitatẽ: sed ad demonstrandũ sue resurrectionis vitatẽ. vñ cibus ille non fuit conuersus in carnẽ: sed resolutus i p iacentẽ mãz. hec aũt cã comedendi non erit in resurrectione cõi. Auctoritates vo q̃ ciboz vsũ p' resurrectionẽ repromittẽ vident spualiter intelligende sunt: pponit. n. nobis diuina scriptura intelligibilia sub similitudine sensibilium ut anim' nõ ex his que nouit discat incognita amare: z scõm hunc modum delectatio que est in cõtẽplatione sapie z assumptio vitatis intelligibil' in intellectũ nostrũ per vsũ ciboz in sacra scriptura consueuit designari: fm illud ꝓuerb. ix. qõ de sapia dr. Miscuit vinũ et proposuit mensã suã: z insipientibus locuta est. Venite comedite panẽ meũ z bibite vinum qõ miscui vobis, z Eccl. xv. dr. Cibauit filiz dñs pane vite z intellectus: z aqua sapie salutaris potabit illũ: de ipsa ẽt sapia dr ꝓuerb. iij. Lignuz vite est his qui apprehenderint eã: z qui tenuerit eam beatus. Non igitur predicte auctoritates cogunt dicere q resurgentes cibis vtant. hoc tamen qõ ꝓposituz est de verbis dñi q̃ hñt Mathẽ. xxvi. potest z aliter intelligi ut referatur ad hoc q ipse cũ discipulis p' resurrectionẽ comedit z bibit nouũ quidẽ vinũ. i. nouo modo. s. ñ pp nccitatẽ: sed ppter resurrectionis demõstrationẽ: z dicit in regno pris mei: qz in resurrectõe christi regnũ imortalitatis demõstrari incepit. Qõ vo in Apocl. dr de mille annis z ꝑma resurrectõe martyz. intelligendũ est q prima resurrectio est aiaz: put a peccatis resurgũt: fm illud apli Eph. v. Exurge a mortuis z illuminabit te christus. per mille aũt annos intelligit totũ tẽpus ecclie i quo martyres regnãt cum christo et alij sancti tã in pñti ecclia q̃ regnuz dei dr q ẽt i celesti patria q̃tũ ad aias: millenari' numerus perfectõem significat: qz ẽ numerus cubicus. i. figura solida z radix eius est denarius: q̃ solet ẽt perfectionẽ signare: sic ergo manifestuz sit q resurgẽtes non vacabant cibis z potib' neq venereis actibus. Ex quo vltimus hẽ põt q oẽs occupationes actiue vite cessabunt que ordinari videntur ad vsum ciboz z venereoz z ad alia q̃ sunt nccia corruptibili vite: sola ergo occupatõ cõtẽplatiue vite in resurgentibus remanebit: propẽ qõ Luce. x. dr de Maria cõtẽplante: q optimã pte elegit que non auferet ab ea. Inde est ẽt qõ dicitur Job. vij. Qui descẽdit ad inferos nõ ascendet nec reuertet vltra in domũ suã: neq cognoscet eũ amplius locus eius: in quibus verbis talẽ resurrectionẽ Job negat qualẽ quidã posuerunt dicẽtes q plus resurrectionem hõ redibit ad sles occupationes quas nũc hz: vt. s. edificet domos z alia h' modi exerceat officia.

De corpa resurgẽtiũ ẽt eiusdẽ nãe. LXXXIIII.

Occasione autem premissorum quidam circa ꝓditiões resurgentium errauerũt. Quia. n. cõpus ex ꝓrijs cõpositũ vi ex nccitate corrũpi: fuerũt aliqui qui dixerunt homines resurgentes huius modi corpora ex ꝓtrarijs composita non habere quorum aliqui posuerunt corpora nostra non i natura corporali resurgere: sed transmutari i spiritum: moti ex eo qõ apls dicit. i. Corin. xv. Seminatur corpus aiale: surget spũale. Alij vero ex eodem verbo sunt moti vt dicerent q corpora nãa i resurrectõe erunt subtilia et aeri z ventis silia. nã z spũs aer dicit ut sic spũalia aerea intelligantur. Alij vero dixerunt q in resurrectione aie resumẽt

z 4

corpora non quidem terrena sed celestia: occasio nem accipientes ex eo qd apostolus dicit. i. Cori. xv. de resurrectione loquens sūt corpora celestia ⁊ corpa terrestria: qbus oibus suffragari vr: qd apostolus ibidem dicit q caro ⁊ sanguis reguū dei nō possidebūt: ⁊ sic videt q corpora resurgentium nō habebunt carnē ⁊ sanguinē: ⁊ per ꝯns nec aliquos humōes: sed harū opinionū error manifeste apparet: nostra. n. resurrectio cōformis erit rēsurrectioni christi: ſm illud apostoli Phil. iij. Reformabit corpus humilitatis nr̄e cōfiguratū corpori claritatis sue. christus aūt post resurrectiouē hūit corpus palpabile ex carnibus ⁊ ossibus cōsistens. qr vt dr̄ Luce vlt. post resurrectionē discipul' dixit. Palpate ⁊ videte: qr spūs carnē et ossa nō hz: sicut me videtis hr̄e. ergo ⁊ alij hoies resurgentes corpora palpabilia habebūt ex carnibus ⁊ ossib' cōposita. ¶ Ad hec aīa unitur corpori sicut forma māe: oīa aūt forma hz determinatā māz: oz. n. esse ꝓportionē actus ⁊ potentie: cū igit aīa sit eadem ſm spēm: videt q hēat eandē māz ſm spēm: erit ergo idē corpus ſm spēm post resurrectōem ⁊ añ: ⁊ sic oz q sit cōsistēs ex carnibus ⁊ ossibus ⁊ alijs huiusmodi ptibus. ¶ Amp. cū in diffinitōe rerū nāliū que significat essentiam spēi ponitur mā: necessariū est q variata mā ſm speciez varietur species rei nālis. hō aūt res nālis est: si igitur p' resurrectionez non habebit corpus consistens ex carnibus ⁊ ossibus ⁊ huiusmodi ptibus sicut nunc hz: non erit qui resurget eiusdē spēi: sed dicet hō tm̄ equiuoce. ¶ Itē magis distat ab aīa vni' hois corpus alterius spēi q̄ corpus hūanū alterius hois: sed aīa non pōt iterato vniri cōpori alterius hois vt in scdo ostensum est: multo igitur minus poterit in resurrectione vniri corpori alterius speciei. ¶ Preterea ad hoc q hō idē numero resurgat necessariū est q partes eius essentiales sint eedē nūero: si igit corpus hois resurgentis nō erit ex his carnibus ⁊ his ossibus ex quibus nunc cōponit: non erit homo resurgens idē numero. Has aūt omēs falsas opiniōes manifestissime Job excludit dicēs Rursū circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deū: quem uisurus sū ego ipse et non ali'. Hnt aūt ⁊ singule predictaꝝ opionū ꝓpria icōuenientia: ponere. n. corpus transire in spūm: est oio impossibile: non. n. transeunt in inuicem nisi que in mā cōicant. spūaliū aūt ⁊ corporaliū non pōt eē cōicatio in materia: cū substātie spūales sint oino immāles vt in scdo ostensū est: ipossibile ē igit qd corpus humanū transeat in subāz spūalē. ¶ Itē si transeat in subām spūalem corpus hūanū: aut transibit in ipsam spūalē subām que est aīa: aut i aliquā aliā: si in ipsam: tunc post resurrectionem non esset in hoie nisi aīa sicut ⁊ ante resurrectōez: non igitur imutaretur ꝯditio hominis per resurrectionē. si aūt transibit in aliam substātiā spūalē sequetur q ex duabus substantijs spūalibus efficietur aliquid vnū in nā qd est oino ipossibile: quia quelibet subā spūalis est per se subsistens. ¶ Silr ēt ipossibile est q corpus hois resurgentis sit quasi aereū ⁊ ventis simile: oz. n. corpus hois ⁊ cuiuslibet aīalis habere determinatam figurā in toto et in partibus. corpus autem habens determinatam figuram: oportet quod sit in se terminabile: quia figura est que termino vel terminis comprehenditur. aer autem non est in se terminabilis: sed solum termino alieno terminatur. Non est ergo possibile quod corpus hominis resurgentis sit aereum vel ventis simile. ¶ Preterea corpus hominis resurgentis oportet esse tactiuum: quia sine tactu nullum est animal. Oportet autem vt resurgens sic animal si sit homo. Corpus autem aereum non potest esse tactiuum: sicut nec aliquod corpus simplex cum oporteat corpus per quod fit tactus esse medium inter qualitates tangibiles ut sit quodam modo in potentia ad eas: vt philosophus probat in libro de anima. Impossibile est igitur quod corpus hominis resurgentis sit aereum et simile ventis. Ex quo etiam apparet quod non poterit esse corpus celeste: oportet enim corpus hominis ⁊ cuiuslibet animalis esse susceptiuum tangibilium qualitatum vt iam dictum est. Hoc autem corpori celesti non potest conuenire: quia non est neque calidum: neque frigidum: neque humidum: neque siccum: neque aliquid huiusmodi: vel actu vel potentia: ut probatur in primo de celo. Corpus igitur hominis resurgentis non erit corpus celeste. ¶ Ad hec corpora celestia sunt incorruptibilia: et ita transmutari non possunt a sua naturali dispositione. naturaliter autem eis debetur figura sperica: ut probatur in secundo de celo et mundo: non est igitur possibile quod accipiant figuram que naturaliter humano corpori debetur: impossibile est igitur quod corpora resurgentium sint de natura celestium corporum.

¶ Q corpora resurgentiuz erunt alterius dispositionis. LXXXV.

Quanuis autem corpora resurgētium sint futa eiusdē spēi cui' nūc sūt corpa nr̄a: tn̄ aliā dispōez hēbūt: ⁊ prio quidez quantum ad hoc qd omnia resurgentium corpora tam bonorum q̄ malorum incorruptibilia

erunt:cuius quidē rō triplex est. Una quidem sumitur ex fine resurrectiōis:ad hoc.n.resurgent tā boni q̄ mali:vt ēt i ppetuis corpibus premiuz cōsequantur uel penā p his que gesserunt dū uixerūt in corpore:premiū āt bonorū qō est felicitas erit perpetuū:silr ēt pcō mortali ōbetur pena perpetua:quorū utrūqz pz ex his que in tertio determinata sunt: oz igitur q utriqz corpus icorruptibile recipiatur. Alia rō pōt sumi a cā formali resurgentiū:q̄ est aia:dictum ē.n.supra q̄ ne aia i ppetuum remaneat a cōpore separata iterato per resurrectionē corpus resumet:qz igitur i hoc pfecti oni aie ꝓuidetur:q̄ corpus recipiat cōueniēs erit vt corpus fm q̄ competit aie disponat:ē āt aia incorruptibilis:vnde ⁊ corp' ei icorruptibile redde tur. Tertia uero rō sumi pōt ex cā actiua resurrectionis:deus.n.qui corpora iam corrupta reparabit ad uitā:multo fortius hoc corpibus prestare poterit:vt recuperata uita in eis ppetuo cōseruetur. In cuius rei exemplū ēt corpa corruptibilia cū uoluit a corruptiōe seruauit illesa sicut corpa triū puerorū i fornace. Sic igitur itelligēda ē icorruptibilitas futuri stat⁹:qz hoc corp' qō nūc corruptibile ē:icorruptibile diuina vtute reddetur ita q̄ aia i ipz pfecte dñabit q̄tū ad hoc q̄ ipz uiuificet nec talis comunicatio vite a q̄cūqz alio poterit impediri: vñ ⁊ apls dic.i. Co.xv. Oportet corruptibile hoc iduē incorruptiōz ⁊ mortale hoc iduere i mortalitatez:nō igit p hoc hō resurgēs imortalis erit q̄ aliud corpus incorruptibile resumat vt predicte opiones posuerūt s: quia hoc ipsū qō nic ē corruptibile:icorruptibile fiet. Sic igit intelligēdū est qō apls dicit: Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebunt:q̄ in statu resurgētiū corruptio tollet cārnis ⁊ sanguinis substātia tñ carnis ⁊ sanguinis remanente. vnde subiūgit:neqz corruptio icorruptelam possidebit.

De qualitate cōporū glorificatorū. LXXXVI.

